



ms.  
1



137.

398.  
C. Rhein inf ~~254.~~<sup>20.</sup>



13

A 661.



1778

60



CONRADUS

A B

HOCHSTEDEN

COMES



COLONIENSIVM

ET

UBIO-

AGRIPPINENSIVM

ARCHIEPISCOPVS

A

SÆCULI XIII.

ANNO XXXVII.

DISSERTATIO  
HISTORICA

PER

GERARDUM ERNESTUM

H A M M J. U. D.

Professorem publicum, ordinarium  
& primarium.

---

COLONIÆ 1771.

Typis Christiani Romerskirchen in Platea Saxonica.

Sub Signo B. M. V.

20343.



CONRADUS

A B

HOCHSTEDEN

COMES

COLONIENSIS

ET

UBI O

AGRIPIENSIS

ARCHIEPISCOPUS

A

SAECULI XIII

ANNO MDCXXVII

DISSERTATIO

HISTORICA

PER

GERARDUM ERNESTUM

H A M M J U D

Prætoris publicani, ordinarii

& primarii

COLONIAE 1771

Typis Christiani Romerichii in Platea Saxoniae

Sub signo M. V.





DISSERTATIONIS  
ET  
PARAGRAPHORUM  
ARGUMENTA.

**P**ROOEMIUM: Dissertationis subsidia. §. I. Electio Conradi. §. II. De denariis cerevisialibus. §. III. Sponsio indemnitate. §. IV. Testimoniales de privilegio non evocandi. §. V. De suppetiis armatis. §. VI. De denariis cerevisialibus Conrado indebitis. §. VII. Favor urbis in electione Conradi exhibitus. §. VIII. Privilegium de non evocando. IX. Electio Henrici Thuringi. §. X. Immunitas à telonio. §. XI. Eligibilitas Scabinorum. §. XII. Coronatio Wilhelmi Hollandi. §. XIII. Urbs devalvat denarios episcopales. §. XIV. Origo tempestatis Conradinæ. §. XV. Armatura Conradi navalis. §. XVI. Tentatum navium incendium. §. XVII. Conradi pax. §. XVIII. Capitur à familiaribus Conradi Hermannus Rufus. §. XIX. Bruno à Cusino.



Cusino, fracto conductu, incarceratur. §. XX.  
 Conradus vias obsidet, profligatur ad vi um Vre-  
 chenum. §. XXI. Cives incarcerantur. §. XXII.  
 Pax inter Conradum & Urbem. §. XXIII. Com-  
 promissum in Hugonem Cardinalem, & Alber-  
 tum. §. XXIV. Duo casus monetæ novæ episco-  
 palis. §. XXV. Numus XL. non dativus in Ur-  
 be. §. XXVI. Pax Conradi. Concitatio civium  
 ditissimorum. §. XXVII. Concitatio textorum  
 & plebis. §. XXVIII. Resuscitatur quæstio de  
 denariis cerevisialibus. §. XXIX. Conradus cu-  
 dit Urbis mandatum compromittendi. §. XXX.  
 Infidele Urbis sigillum. §. XXXI. Ludovicus  
 à Mullengassen, custos sigilli, ad castra episcopi  
 desciscit §. XXXII. Mandatum, compromissum,  
 furtivo Urbis sigillo signatum. Mandatarii, Pe-  
 trus Judæus *Secundus*, Gerardus Overstoltz *Sep-  
 timus* & *Octavus* Wernerus ab Horreo, capti,  
*Primus* Hermannus, magister civium tempe-  
 state mortuus, *Tertius* Hermannus Comes  
 in personæ & rerum condemnationem lap-  
 sus. §. XXXIII. *Quartus* Gerardus Scherffgen  
 sede Scabinali movetur, *Sextus* Godefridus Harde-  
 vuyt proscibitur, *Quintus* Wilhelmus ab Aduct  
 captus. §. XXXIV. Mandatum per urbem non  
 datum, neque per mandatarios receptum. §.  
 XXXV. Judices mandantes magistri civium, Her-  
 mannus mortuus, Ludovicus à Mullengassen mo-  
 tus magisterio. Scabini è sedibus ejecti. §.  
 XXXVI. Cives mandantes profugi, proscripti, car-  
 ceribus mancipati. §. XXXVII. Compromissum  
 refu-



refutatum. §. XXXVIII. Compromissarii jura-  
 mento ecclesiæ, nullo ad laudandum devincti. §.  
 XXXIX. Libertas urbis à compromisso Conradi-  
 no per Richardum electum regem-imperatorem.  
 §. XL. Confirmatio libertatum urbicarum per  
 Richardum. §. XLI. Libertas Urbis ab imperio  
 episcopali profano. §. XLII. Libertas ab im-  
 perio Brunonis episcopi & successorum. §. XLIII.  
 Libertas ab evocatione Cæsarea, magis episcopali.  
 §. XLIV. Omnes diplomatis Richardini articuli  
 ad Cæsarem appellant. §. XLV. Libertas Ubio-  
 Agrippinensis ab evocatione, etiam civili. §. XLVI.  
 Diploma Richardinum non emanavit tempore in-  
 terregni, utpote fabulosi. §. XLVII. Ostenden-  
 te diplomate ex A. MCCLXIX. præter aliud ex  
 A. MCCLVII. §. XLVIII. Libertas Ubio-Agrip-  
 pinensis monetandi. §. XLIX. Libertas consti-  
 tuendi monetarios, & rei monetalis officiales. §.  
 L. Conradi nullum imperium in monetarios. §.  
 LI. Processus contra monetarios ob defectum for-  
 malitatum substantialium vitiosus. §. LII. Sca-  
 bini sedibus moventur. §. LIII. Sententia Con-  
 radi. §. LIV. Vana & irrita. §. LV. Falso prin-  
 cipio subnixa. §. LVI. Falsa sententiæ data. §.  
 LVII. Ostenduntur stantes ex jure communi  
 laudi articuli. §. LVIII. Compromissum univer-  
 sis civibus affictum. §. LIX. Perstringuntur ar-  
 ticuli laudi illegales. §. LX. Nullus imperii  
 episcopalis profani effectus in Urbem. §. LXI.  
 Urbis est imperium in præsidia, in judicia, nul-  
 lum profanum episcopi. §. LXII. Reliqui laudi



articuli discutuntur. §. LXIII. Insubstantia  
 articulorum per arbitros definitorum. §. LXIV.  
 Nominatio novorum scabinorum. §. LXV. In-  
 trusio novorum Scabinorum. Sententia Conradi.  
 §. LXVI. Per sententiam novi scabini textores,  
 piscatores, braxatores, pistores. §. LXVII. Pri-  
 mavus Scabinatum status ex veteri Germania.  
 §. LXVIII. Processus Conradinus caedes, rapinas,  
 bellum intestinum, carceres, exilia civium in  
 Urbem invehit. §. LXIX. Domus Brunonis  
 Hardefaust diripitur, incenditur. §. LXX. Sca-  
 bini in homicidium non inquirunt. §. LXXI.  
 Episcopus fontes cum infontibus poena DC. mar-  
 carum multat. §. LXXII. Cives arguunt Scabi-  
 nos violatorum juramentorum reos. §. LXXIII.  
 Hermannus piscator concitat plebem. §. LXXIV.  
 Conradus mendacia cum dolo conjungit, fidem  
 datam violando cives corporaliter apprehendit.  
 §. LXXV. Scabini cudunt compedes equinas,  
 quibus capti compedirentur. §. LXXVI. Con-  
 radus cives proscribit, Bona confiscat. §. LXXVII.  
 Refutatur sententia proscriptionis. §. LXXVIII.  
 Conradus confiscat molendina Rhenana. §. LXXIX.  
 Unio non reperibilis. §. XXC. Testimoniales Con-  
 radi de stapula Ubio - Agrippinensi. §. XXCI. Ar-  
 ticuli ad Urbem pertinentes, à Conrado definiti,  
 §. XXCII. manifestantes potestatem Urbis summa  
 minorem, & imperium. §. XXCIII. Episcopus ne-  
 gat civibus supplicantibus liberationem, & mori-  
 tur. §. XXCIV. Tempestat Conradina. §. XXCV.  
 Tempestatis continuatio. SUMMA.

PRO-





## PROOEMIUM.

**I**ngredimur historiam Conradi Comitis ab Hochsteden Coloniensium, & Ubio-Agrippinensium archiepiscopi, ingredimur tempestatem, Urbi nostræ fatalem. Subsidio nobis sunt Historici externi: Albertus Stadenfis, Trithemius abbas. Notanter solidissimus Georgius Christianus Gebaueren in suo Richardo (Conrado episcopo coævo) electo Romanorum Imperatore. Subsidio sunt scriptores domestici: Godefridus Hagenius Urbis scriba in Chronico manuscripto, Conrado episcopo synchronus. *Syn-chronographia script. Ubio-Agripp. Dissertat. historica à §. CCXII.* Subsidio est Chronographus Coloniensis, consonans textui metrico Hagenii in profam fideliter verso. Cæterùm sinè Urbis auctoritate typis excusus (ob fabulas de muliere papissâ, de Hermanno Gryn, magistro civium, famelico leoni objecto &c. solenniter contradic-  
A 4
ctus:)



ctus:) habens tantum fidem, de sua ætate ex Sæculo XV. loquens, aut testes coævus laudans, laudans Godefridi Hagenii Chronicon. Subsidio est ipsamet Securis episcopalis ad radicem posita. Subsidio denique est domestica diplomatica, Fata Urbis, Conrado sedente, sunt præcipuum præsentis dissertationis thema.

§. I. Anno MCCXXXVII. Conradus ab Hochsteden eligitur Coloniensium & Ubio - Agrippinensium episcopus Anno Domini MCCXXXIIX. . . . Henricus Coloniensis episcopus obiit, cui Conradus frater comitis de Hænstein, successit. ALBERTVS STADENSIS Abbas in Chron. A. MCCXXXIIX. MCCXXXVII. . . . in fine Quadragesimæ mortuus est Henricus archiepiscopus Coloniensis, cui successit Conradus de Hænsteden, vir strenuus, & rerum ecclesie suæ defensor acerrimus, & præfuit annis quatuor & viginti. JOANNES TRITHEMIUS Abbas in Chron. Hirsaug. A. MCCXXXVII.

§. II. MCCXXXVIII. transigit cum Urbe de denariis cerevisialibus, remittendo medietatem. CONRADUS Dei gratiâ Coloniensis ecclesie electus . . . . scire volumus



lumus universos, quod nos ob dilectionem & jura Civitatis Coloniensis conservanda, Civitatem Coloniensem & cives à denariis cerevisialibus, quos nobis Dominus Imperator integraliter recipiendos concesserat, liberos dimisimus penitus & absolutos, contenti esse volentes in dimidietate dictorum denariorum. Anno gratiæ MCCXXXVIII. CODEX DIPLOMAT. Ubio-Agrippin. §. XV.

§. III. Anno MCCXXXIX. Conradus pollicetur Urbi in casum offensæ, ob receptionis causam incurrendæ, indemnitatem. *CONRADUS DEI gratiâ Sanctæ Coloniensis Ecclesiæ electus. Universis . . . . Nos . . . civibus nostris firmiter & bonâ fide re-promissimus, quod, si ipsos, ob hanc receptionis causam, Domini nostri Imperatoris, vel alterius alicujus offensam vel malam voluntatem incurrere contingat, nos pro ipsis stabimus, & omnem offensam & culpam in nos refundemus, & eos sinè molestia conservabimus indempnes. Datum Colonia Anno Domini MCCXXXVIII. mense Majo. CODEX Diplom. §. XVI.*

§. IV. Anno MCCXXXIX. Conradus testis est, & recognoscit Urbis privilegium de non evocando cives, saltem in casu delicti



lieti. *CONRADUS DEI gratiâ Coloniensis Ecclesie electus . . . . . Cum per dilectâ civitas nostra Coloniensis . . . . . recognoscimus prædictæ civitatis jura & consuetudines suas approbatas, specialiter . . . . . consuetudinem antiquam & juri consonam, talem videlicet, quod nullus civium Coloniensium pro delicto, sive crimine infra & terminos ipsius Civitatis, qui dicuntur Burban commissio, vel quod dicatur commissum extra Coloniâ à nobis vel successoribus nostris in jus vocetur, nec ab aliquo convenietur, sed nos & successores nostri in palatio nostro Colonia præsidere debemus, & ibi secundum quod sententia Scabinorum Coloniensium dictaverit, judicare. . . . . Actum Anno Dni millesimo ducentesimo tricesimo nono. CODEX DIPLOMAT. §. XVII.*

§. V. Anno MCCXXXIX. Conrado episcopo Urbs fert suppetias armatas non ex debito, & contra consuetudinem & jura civitatis, de libera voluntate, & mera liberalitate, episcopo recognoscente, auxilium præstitum & præstandum non ex debito, ex mera voluntate & liberalitate processisse, in exemplum non trahendum.

*CONRADUS . . . Cum . . . Dominus . . . spiritum civitatis Coloniensis, & fidelium civium*



vium nostrorum corda suscitaret, ut ipsi nobis & ecclesie, non ex debito, verum potius contra consuetudinem & jura Civitatis, de libera voluntate, & mera liberalitate, armata manu non tantum infra, verum etiam extra muros . . . . assisterent . . . . Nos igitur promittimus, quod eis contra ipsorum inimicos, & insidiatores assistemus, & defensabimus eosdem . . . . recognoscimus dictae civitati, & civibus, quod auxilium nobis & ecclesie ab ipsis prestitum vel prestandum, sicut est suprascriptum, non ex debito, sed ex mera voluntate & liberalitate processit, nec imposterum a nobis, nec successoribus nostris in exemplum est trahendum. Actum anno Domini MCCXXXVIII. in divisione Apostolorum. CODEX Diplomat. §. XVI.

§. VI. Anno MCCXXXIX. Conradus fatetur indebitum denariorum cerevisialium declarando cartam Cæsaream nullam & irritam. CONRADUS . . . . notum esse volumus, quod cum Dominus noster Fredericus Romanorum Imperator Anno Domini MCCXXXVIII. (nostra opinione MCCXXXVII.) ob nostram & ecclesie nostrae Coloniensis necessitatem, denarios cerevisiales, qui quandoque accipi Coloniæ propter



*propter urgentem necessitatem consueverunt de futuro integraliter recipiendos nobis concessisset . . . comperti postmodum . . . nos in iisdem denariis . . . nihil juris habere, nec habere posse, nec & impostorum, quod etiam literis presentibus profitemur, predictæ concessioni . . . & literis super hoc concessis vel concedendis, penitus renuntiamus, volentes ipsas esse irritas & inanes, nec alicujus momenti . . . Datum Colonia anno Domini MCCXXXIX. in crastino Heriberti episcopi. CODEX Diplomat. §. XIX.*

§. VII. Anno MCCXL. Conradus recognoscit favorem Ubio - Agrippinensium sibi in minori dignitate constituto, exhibitum, recognoscit diligentiam tempore suæ electionis archiepiscopalis per Urbem præstitam, & fidelitatem in bello contra duces Brabantia & Limburgensem, recognoscit consilium & auxilium, adjectâ stipulatione, non impediendi denariorum cerevisialium perceptionem. *CONRADUS . . . Filialis & singularis devotio, quam iudices, scabini, & commune Civitatis Coloniensis . . . eorum favorem, quem circa nos habuerunt, ab antiquo, cum essemus in minori dignitate constituti, & diligentiam, quam adhibuerunt*



vunt tempore electionis nostræ in archiepiscopum Coloniensem, fidelitatem etiam & fidelitatis constantiam, quam nobis in guerra nostra exhibuerunt plurimum commendantes, literis presentibus profitemur, quod nobis à die illo, quo guerra inter nos, & duces Brabantia, & de Limburg . . . fideliter & constanter, & ad beneplacitum nostrum consilio, & auxilio astiterint, nec ipsos in perceptione denariorum, quos vocant **Wispennige**, nec in aliquo alio arguimus, nec arguemus. . . . Datum Colonia Anno Domini MCCXL. in vigilia Panteleonis martyris. CODEX Diplom. §. XX.

§. VIII. Anno MCCXLII. Fridericus II. Imp. confirmat privilegium de non evocando, testimonio Conradi episcopi roboratum. **FREDERICUS II.** . . . Imperator notum fieri volumus, quod iudices, scabini, & universi cives Colonienses, fideles nostri, nostræ supplicaverunt attentius Majestati, quatenus concessionem & indulgentiam paginam, quam curia Coloniensis electus eis indulsit, de nostra gratia confirmare dignareremur. . . . Nos igitur paginam concessionis & indulgentia memorati electi ratam habemus. . . . Acta sunt hæc Anno Dominico  
incar-



*incarnationis millesimo ducentesimo quadra-  
gesimo secundo Mense May die XV. CODEX  
Diplomaticus §. XXII.*

§. IX. Anno MCCXLVI. Conradus  
cum archiepiscopo Moguntinensi & aliis  
principibus Imperii eligit Henricum Landgra-  
vium Thuringiæ regem Romanorum. *Anno  
Domini MCCXLVI. Henricus Landgravius  
Thuringiæ juxta Herbipolin in ascensione Do-  
mini à Moguntino, & Coloniensi & quibusdam  
principibus in regem eligitur ALBERTUS  
STADENSIS Abbas Chron. A. MCCXLVI.  
Convenientes apud Franckenfurt principes  
Henricum Raspe dictum, Hassiæ Landgra-  
vium in regem unanimi voto constituunt.  
JOANNES TRITHEMIUS Abbas in  
Chron. Hirsaug. A. MCCXLVII.*

§. X. Anno MCCXLVIII. Conra-  
dus Ubio-Agrippinensibus concedit immu-  
nitatem à telonio Nussienfi, item infra Co-  
loniam & supra, cum sponsione tuendi  
omnia jura, libertates, & bonas consue-  
tudines. *CONRADUS . . . . notum faci-  
mus, quod nos attendentes devota obsequia,  
quæ . . . scabini & cives Colonienses nobis &  
ecclesiæ nostræ exhibuerunt . . . . nullum de  
eorum bonis apud Nussiam . . . . nec infra  
Colo-*



Coloniam aut supra accipiemus telonium ....  
 insuper dictos scabinos & cives Colonienses  
 in omnibus eorum juribus, libertatibus, &  
 bonis consuetudinibus conservabimus, &  
 confovebimus. Datum Anno Domini  
 MCCXXXVIII, in diebus Pentecostes. CODEX  
 Diplomati. §. XXIII.

§. XI. Anno MCCXLIX. Scabini alti  
 iudicii Coloniensis potiuntur ab antiquo sca-  
 binos eligendi jure, Conrado teste. CON-  
 RADUS ..... notum esse volumus, cum  
 super eo, quod scabini Colonienses .... in-  
 debite & injuste dicebantur fecisse electionem  
 scabinorum .... & propter hoc rancorem &  
 indignationem concepissemus contra eos, &  
 nihilominus sententiam excommunicationis  
 tulissemus in eosdem .... Nos ... ipsos sca-  
 binos ab ipsa sententia denunciavimus abso-  
 lutos, volentes ipsos scabinos in suo jure,  
 quod in eligendis scabinis obtinent, sicut  
 haecenus habuerunt, & in aliis suis juribus  
 confovere. .... Actum & datum Anno Do-  
 mini MCCXXXIX, in vigilia Beati Laurentii  
 martyris. CODEX Diplomati. §. XXIV.

§. XII. Anno MCCXLIX. Conradus  
 coronat Wilhelmum Comitem Hollandiae  
 Regem



regem Romanorum. Anno Domini  
 MCCXLIX. cruce signati Aquensem civitatem  
 longâ obsidione obtinentes Wilhelmum coro-  
 naverunt. **ALBERTUS STADENSIS**  
*Abbas Chron. Anno MCCLIX. MCCXLIX. ...*  
*principes Wilhelmum, Hollandiæ Comitem*  
*in regem elegerunt . . . . qui . . . ultimâ . . . .*  
*die mensis Octobris regium oppidum Aquis-*  
*grani cum procerum multitudine intravit, &*  
*sequenti die . . . per duos episcopos, Munden-*  
*sem, & Monasteriensem, pontificalibus in-*  
*dutos, Conrado Archiepiscopo Coloniensi ante*  
*majus altare beatæ Mariæ semper Virginis re-*  
*sidenti presentatus coronandus. Quem . . . .*  
*memoratus Archiepiscopus ungens coronavit*  
*secundum consuetudinem. **JOANNES***  
***TRITHEMIUS** Abbas in Colon. Hirsaug.*  
*A. MCCXLIX.*

§. XIII. Hac epochâ, ad medium sæ-  
 culum XII. usque, Colonia Ubio-Agrip-  
 pinensis immunitate à teloniis infra & su-  
 pra Urbem gavisa, tuta ab exactiōe de-  
 nariōrum cerevisialium, gratiosa amicitiiis  
 Conradinis, ob auxilium in electione ad  
 episcopatum, ob suppetias armatas sponta-  
 neas, indebitas, Colonia, dicimus, inci-  
 dit in tempestatem Urbi fatalem, ob mo-  
 nectam,



netam, ob denarios episcopales devalvatos. Damus historiam. SÆCULO X. liga numerorum Ubio-Agrippinensium erat XI. denariorum XII. granorum, ut Romana. LX. corporibus facientibus unam marcā Trecentem, & LVI. cum dimidio Coloniensem. **MONETA UBIO-AGRIPPIN.** *Dissert. histor. §. XIX. & XX. SÆCULI XI.* liga eadem *Dissert. XXI. & SÆCULI XII. §. XXI.* in fine. Quolibet corpore ætate Rodorffiorum, numismatis in circulo Westphalico ad inferiorem Rhenum juratorum censorum, valente tres albos rotatos septem sextantes cum dimidio. *Dissert. §. XXII.* Numo XL. per Conradum Episcopum cuso, tantum pendente X. denarios IX. grana. *Dissertat. §. XXII.* Anno MCCXL. Urbs devalvat Turonenses aut grossos episcopales, & numum XL. devalvat, monetariis, **Hausgenossen** dictis, (id est: domus monetalis consortibus) monetæ Ubio-Agrippinensis *pure* custodibus, accurantibus, unum Turonensem Trevirenses, Coloniensem, & grossum episcopalem ad unum solidum viginti & unum denarium, contra uno bono, non acciso, Turonensi regio, uno Urbis, duos solidos unum sextantem valentibus. Anno MCCXLI.

B

uno



uno bono, non acciso, Turonensi, aut  
 grosso regio, & Urbico, duos solidos du-  
 os ad tres sextantes, episcopali Coloniensi  
 unum solidum & viginti denarios. Anno  
 MCCXLVI. uno Turonensi regio, & Ur-  
 bico duos solidos tres ad quatuor sex-  
 tantes, grosso episcopali Coloniensi unum  
 solidum cum dimidio & duos sextantes.  
 MONETA UBIO-AGRIPP. *Dissert. histor.*  
 §. XXXIX. XL. & XLI.

§. XIV. Tædium Conradi ob deval-  
 vationem episcopalium principium dedit  
 tempestatis contra Urbem, contra iudices,  
 scabinos & cives, auctæ contra moneta-  
 rios, ob negatam denariorum devalvato-  
 rum in Urbe dativitatem, ob contradi-  
 ctum illimitatum monetæ episcopalis cuden-  
 dæ exercitium.

Synt der Keiser Brederich starff,  
 ind des Riches maicht verdarff,  
 ind die landes heren des Duchte,  
 dat men sy twengen neit en moichte,  
 din reichte, Cölen dorste ich it sprechen,  
 wolde Busschoff Conraid brechen,  
 dyne



Dyne friet dins selves here,  
 Die vur dyn reicht ind dyne ere  
 mit syne lieve solde slain,  
 wolde ein nuwe munze slain,  
 beyde richen ind armen zo schaden,  
 des en wolde die stat neit gestaden,  
 sy geingen samen den Busschoff sprechen,  
 unse vryheit, here wilt ir uns brechen,  
 ind unse reicht van alders, wie it her is  
 komen,  
 dat hait ir ducke wail vernomen,  
 dorst wir it sprechen ain uren zorn,  
 Here! als ein Busschoff uns wirt geforen,  
 so sal hie, here! vure sicherliche  
 varen an den Keiser van Romschen Riche,  
 ind sal werden des Riches man,  
 so mois eme dat Rich lien dan,  
 munze, tol, ind gericht  
 ind giff eme des hantveste ind geschricht  
 als der Busschoff dit hait gedain,  
 so maich hie syn eirste munze slain,  
 darna als hie zo Rome kommt in die stat  
 umb syn pallium, ind brennit dat,  
 dan so maich hie die ander munze  
 maichen  
 die derde kommet van den saichen  
 als men over berch dat Riche  
 wilt entleiden sicherliche,



vert dan der Busschoff over berch mit her  
 ind deit da vur dat Riche wer,  
 als hie dan weder komet is,  
 so is men eyne munke gewis,  
 so we eme syn reicht leist zo brechen,  
 here! hie en maich darna neit sprechen,  
 ir hait unreicht myt uns gedain,  
 en wilt hie van eirst vur syn reicht neit  
 stain.

here! woulden wir urs willen uch ges  
 staden

id solde uns zo reichte ummer schaden,  
 leissen wir uns van deser vryheit dryven,  
 zo reichte folden wir eygen bliven,  
 der Busschoff sprach, do dit geschaich,  
 sus en doit ir durch mich noch me, noch  
 myn,

mit zorne gescheit hie van in.

*GODEFRIDUS AB HAGEN Synchronus in Chronico manuscripto metrico per assertum Chronographum Coloniensem in prosam verso fol. CXC. pag. II.*

**GLOSSÆ:** Twengen Zwingen. Driet  
 freyhet. ain ohne. entleiden ver  
 tähtigen. Verdoin defendere. eis  
 gen mancipium.

§. XV.



§. XV. Episcopus Conradus Ander-  
naci parat quatuordecim naves bellicas  
pro modulo temporis, descendit Tuitium,  
& beneficio fundæ ejicit lapides in Ur-  
bem.

Uptwert voir hie zo Andernachen  
ind dede veirzein herschiff maichen,  
ind saichte der Stat syne unhulde  
ind dat hie eren schaden wolde  
an live, guede ind an eren  
sunder einich wederkeren;  
sus quam hie myt here her weder,  
al den Ryn zo dale her neder  
bys dat hie zo Duze quam,  
synen leger hie zo Dunke nant,  
syne herschiffe voren up ind neder/  
zo lest mosten sy uptrecken weder  
vor Coelne, duchte sy wesen schande,  
ind treckden zo Duze up an me lande:  
zo den selven zuden  
dede der Busschoff myt eyner bliden,  
van Duze werpen up Rodenburch,  
wenich vunff scheverstein uys,  
hie wainde myt werpene Coelne wynnen,  
mer it was alze wyt en bynnen,  
eme hulpen alle die landes heren  
nochtan bleiff Coelne in synen eren.



GODEFRIDUS AB HAGEN in Chronica  
fol. CC.

GLOSSÆ: Bliden funda. Schevers  
stein regula. Wainde putabat.

§. XVI. Conatu frustratus Conradus  
tentat naves, in portu Ubio-Agrippinensi  
hærentes, incendere & comburere.

Nu hoirt, wie der Busschoff sprach  
zo synen schutzen up eynen daich,  
wir havens laster ind schande,  
dat zo Coelne an dem lande  
dusent schiff hangent an eyne seile,  
ind eyn eynich wird uns next zo deile,  
vart ir up, off vart ir neder,  
ir verlocket ye myt schanden weder,  
Here, hedt ir die schiff gerne van danne,  
doit cost darzo mir armen manne,  
synt ir sy gerne van danne seit,  
ich en lais ir ein da bliwen seit,  
gerne men giff dir allis, des du darffs,  
so doit myr wynnen myt der vart  
eyne michel wynschalde  
eynen berchvrede stel men dryn balde,  
pech, wintour, swegel, ind bachen,  
creischouyr sal ich in dat schiff maichen,  
ich



ich sal uch here in furter stund,  
 die schiff gebrant hain in furter stunt,  
 men erkeirde dat schiff, ind dede it cleiden,  
 ind na des meisters willen bereiden,  
 dat selve schiff der meister voirte  
 den anderen so na, dat et sy roirte,  
 entsticket wart dat schiff myt brande,  
 ind solde zo Coelne, dat was schande,  
 die schiff verbernen myt kreischen vuyre  
 ind eme geveile schentliche eventure  
 ind brante sich selve zo der stunt,  
 dat mannich man saich in Rynes grunt,  
 dat kreischevuyr vlois den Ryn neder  
 al bernende, dat saich men seder.

*GODEFRIDUS AB HAGEN in Chro-  
 nico fol. CC.*

GLOSSÆ: Verlocken betriegen. Mi-  
 chel gros. Bachen backene. Creisch-  
 vuyr, aliàs schmitzfeur. Erkeiren zu  
 recht machen. Entsticken anzünden.  
 Geveile siele. Eventure Zufall.

§. XVII. Conradus consilio & suasa  
 Hermanni à Vitenkoven equitis pacem  
 cum Urbe pangit.

B 4

Hie



Hie wil ich den Bitenkoven,  
 Durch guedes rades wille loven,  
 hie sprach, die Coelne wolde wynnen,  
 hie in solde is myt spele neit begynnen,  
 darzo synt sy eyndreichtich en bynnen  
 myt all eren besten synnen,  
 ind haint van spisen al ir gevoich  
 ind darzo zein jair genoich,  
 nu licht ir alhey myt groisser deit  
 ind verzert dat ur um neit,  
 Here! als mois mir helpen Got,  
 die heren habens eren spot,  
 darumb laisse ennen vreden sprechen,  
 ind uren ovelmoit zo brechen,  
 id is in den hilgen weiznych dagen,  
 unse werck solden Gode behagen,  
 Here! men sal in deser vil hilger zyt  
 laissen has ind nyt.  
 Coelne hait uch deinstes vil gedain,  
 ich saich allhie zo Duyke stain  
 van XV. turnen ein burch so starck  
 men enzuechde sy neit umb L. dusent marck,  
 ezo der burche neit gliche,  
 die stat van Coelne arm ind riche  
 halp sy uch eman maichen ain emans  
 danck,

die



die alle de graschaff van dem Berge  
 twanck,

die sy myt irme schaden weder  
 mosten gelden ind brechen neder,  
 here! hait ouch vur ougen dat,  
 dat uch Coelne die stat  
 truwelich halp weder al Brabant  
 ind weder dat geschleichte van Lymburch  
 myt der hant

ouch hulpen sy uch myt groissen eren  
 vur Coelne den herzoge feren  
 van Brabant ind Lymburch dat ge-  
 schleichte

weis Got des sult ir nu van reichte  
 sie, here! wail geneissen laissen,  
 nemet iren deinst in gueder maissen,  
 want als lange Coelne eindreichlich is,  
 here! des syt sicher ind gewys,  
 so en hoirt en gein wynnen darzo,  
 seit anders, here! wat men do,  
 der Busschoff weder sprechen began,  
 van Wittefoven her Herman,  
 weint ir, off men sy het moge scheiden,  
 hie hait ruwe na in beiden,  
 wie weis, wat Got wil laissen geschein,  
 wir sprechen van dem, dat wir da sein,  
 moicht ich es bliven in allen eren,  
 ich soinde mich mit den Coelneren,

B 5

van



van Coelne hait ir al ure ere,  
 ir heischt van Coelne Busschoff here,  
 der soenen en durst ir uch neit zo schaa-  
 men,  
 ir en hait van Dunke neit den namen,  
 do dese wort woren gesprochen,  
 die vrientschaff wort al ze brochen  
 en tusschen dem Busschoff ind der stede,  
 die neme ye gerne deinst dede,  
 up ennen gueden Mendeldaich,  
 sus quam der Busschoff in Coelne weder,  
 unlange werde die sonne seder.

GODEFRIDUS AB HAGEN in Chron.  
 fol. CC. p. 2.

GLOSSÆ: wille wegen. Gevoich  
 überfluß. Deit kosten. Zeugde erz-  
 bauete. Eman vorhin. Seit siehet.  
 Do tuhn. Scheiden componere.  
 Sein sehen. Soenen vergleichen.  
 Unlang nicht lang.

§. XVIII. Familiares episcopi, quasi  
 inscii concordia, in superiori Germania Her-  
 mannum, filium Henrici Rufi apprehen-  
 dunt. Amici Ruforum quærunt injuriam  
 ulcisci.

Do



Do die sonne was volgangen  
 by den zynen wart gevangen  
 Herman heren Heinrichs son des roden  
 die vrunden ye bystont zo noden  
 sunder hude myt einigen listen,  
 als sy der soenen neit en wisten,  
 in Overland dat sy uch kunt,  
 wonden sy ind woren des Busschoffs  
 vrunt,

do dese mere in Coelne quam,  
 die Kleinegedancke worden gram,  
 ind drogens up den Busschoff has,  
 enns dagis darna der Busschoff sas  
 zo gerichtē up dem sale  
 heren Heinrichs vrunde sagen wail,  
 dat enn da vur deme sale geinck  
 des maich heren Heinrichs sun veinck  
 ind wolden sich an eme erkoveren,  
 want hie was broder des van koveren  
 ind was darzo des Busschoffs maich,  
 zo vlein was hie neit traich,  
 do hie hoirte ind vernam,  
 dat men umb in zo banne quam,  
 myt helpen quam hie in den Doym,  
 sonder alle syner mage roym,  
 der Busschoff vraichde, wat da were,  
 men antwerde eme weder, here!

men



men wilt da uren neven van Koveren  
vain

off anter zo tode erflain,  
balde so lais uns hynne gain,  
want it is weder mich gedain,  
sus heisch der Busschhoff syn pert,  
ind reit myt zorn zo Bunne wert.

*GODEFRIDUS AB HAGEN in Chro-  
nico fol. CC. pag. II.*

GLOSSÆ : Gram bōs. Erkoveren  
ulcisci. Vlein/ fugere. anten ulcisci

§. XIX. Bruno à Cusino ad curanda  
negotia domestica petit ab episcopo condu-  
ctum pro se & suis, impetrat, apprehen-  
ditur, in castra Godesbergæ & Ariopoli  
captivus mittitur.

In der zyt dat dit geschaich  
solde her Bruyn Cause einen daich  
halden zo Bonne umb erffzale,  
ind getruwede eme maissen wale  
des, wan hie vrede ind geleide  
eme selver ind synen vrunden beide,  
sus bat hie alle die vrunt, die hie saich,  
dat sy leisden synen daich,

Der



Der Busschoff hedde eme in guden moede,  
 enboden, dat hie sonder hoide  
 veylich zu Bunne queme,  
 ind reicht van syne erve neme,  
 her Bruyn ind syn vrant saissen up ir pert  
 ind reden up zo Bunne wert,  
 alse scheir sy zo Bunne quamen,  
 ind ir herberge genamen,  
 der Busschoff dede besein wie sy weren  
 men veinck sy reicht, ind dede sy voeren,  
 zo Godensberch ind zo Are  
 dat sy der zwoever burgen ware  
 nemen, ind huden ire turne,  
 dat dede hie, Coelne! Dir zo zorne,  
 die Stat entfeynck dit in unmoide,  
 ind hadt vort vur dem Busschove hoide.  
 der Busschoff samende sich myt her,  
 als hie Coelne sonder were  
 solde wvnnen also hant  
 veir hondert quamen vurgerant,  
 ind soichten vur sent Severins porcken  
 die betschelere van Coelne, Gode weis  
 weder ryden sy also sere,  
 dat sy namen die wederkere,  
 node seichte ich, dat sy vluwen,  
 en doch saich men sy Coelne schuwen,  
 ind ryden zo Rodenkirchen weder,  
 do laichte sich der Busschoff neder,  
 eynen



eynen ritter leissen sy achter in,  
dat was al ir bejaich ind gewin.

*GODEFRIDUS HAGENIUS in Chronico fol. CCI.*

GLOSSÆ: Veylich sicher. Betsche-  
lere Caballi. Bejaich verrichtung.

§. XX. Conradus manu armatâ ob-  
sident vias Urbis, arcet invectionem victua-  
lium, frumentorum, vinorum, castra lo-  
cat prope Vrechenam. Ubio-Agrippinen-  
ses exercitum episcopi adoriuntur, profli-  
gant, campum tuentur, potiuntur victoriâ.

Do der Busschoff do gesaich,  
dat hie dazo vergefs laich,  
besezen dede hie alle die straißen,  
hie in wolde neyman in Coelne laissen  
varen myt korn, noch myt wine,  
noch zo lande, noch ouch zu Rone,  
van Balckenburg myn here Dederich  
eyn kone ritter ind lovelich  
was do der Stat van herzen hult,  
ind halp ir up duren solt,  
hie spraich, van Coelne hoirt mich ir  
heren,  
wilt



wilt ir uren schaden keren,  
 ind den laster, den man uch deit,  
 so doit die Stat syn so bereit,  
 wanne dat wirs werden zo rade,  
 dat sich dan neyman verspade,  
 die kome gewapent wail van pryse,  
 ind ride na myr, dar ich wise,  
 solden wir Coelne besetzen laissen  
 veir hundert in allen straissen,  
 men solde it myr zo groissen schanden  
 hie wyssen ind in allen landen.  
 sy sprachen alle, wir durren ryden  
 truwelich sullen wir myt uch stryden,  
 wir willen lieber des lyffs verzien,  
 dan wir die straissen neit en vryen,  
 en wilt urre eyn dem anderen neit ents  
 flein,

so sal uch eren vil geschein.

Der Busschoff van Coelne unse here  
 hie neme it wale up synen lyff, ind syn  
 ere,

ain hedde hie neit dan vunff hundert  
 man,

ind hedt ir veir dusent nochdan,  
 solde hie strydes myt uch begynnen  
 hie weint uns den segen ave gewynnen  
 sus dede man sturme luden,  
 die stat wolde usvaren myt luden,



zo Brechen wert voir sy mit brande,  
 dat men sein moichte in al dem laude,  
 sy wolden komen unverstolen,  
 ind iren vianden unverholen,  
 sy quamen bernende mit vuire  
 sy en leissen huus, dorp noch schure,  
 sy en brentens in dem lichten dage  
 up dat man sy debas gesage,  
 sy voren koinlich ind offenbair,  
 bys sy irre viande worden gewar,  
 zo Brechen quamen sy up die baich,  
 da man den Busschoff halden saich,  
 die baich so teiff manlich duchte,  
 dat man over neit en moichte,  
 snel daden sy in beraden  
 beide schuppen ind spaden  
 den groissen grave van der baich  
 in korter stunt men sleicheu saich.  
 Mit dem spraich myn here Dederich  
 van live ein ritter lovelich  
 ind syn broder myn here Wynant  
 ir heren wert uch mit der hant,  
 ind myn here Herman van Meinscheit  
 eyn kone ritter ind gemeit,  
 ir sot gebrodere, ind gemage,  
 durch Got neyman en verzage,  
 wir willen hude mit uch sterven,  
 off ir sult ere hie erwerven,



do spraiſch van dem Liebarde her Johann  
 eyn koin junck gezogen man,  
 ere en moiffe eme nimmerme geſchein,  
 die hie dem anderen ſal entflein,  
 ſyn roß myt ſporen hie do nam  
 aldo hie up die viande quam,  
 ind ſyn ſper menlichen brach,  
 der gein, der weder in ſtaich,  
 durchſtaich in, ind reit in neder,  
 doit en quam hie zo Coelne weder,  
 do geinck it alre eirſt an eyn ryden  
 an hauwen, ſtechen, ind an ſtryden,  
 der Buſſchoff lies ſein an ſyner hant  
 ſynen luden eynen dyamant,  
 ind ſprach, ſie ſulden myt eme ſegen,  
 ſynt ſaich hie ſy aichter dem velde legen  
 beide man ind roß daneder,  
 der dyamant halp in klein ſeder,  
 die van Coelne voichten allein  
 zo roſſe ind zo voiffe gemein,  
 als ſy is al ir leven hetten geplogen,  
 die davor ney ſtrydens en begonde  
 die veinck do rittere ind wunde,  
 die helmen geingen ſy da kerven  
 ſy daden da die viande ſterven  
 ſy drogen ſo broderlich over ein,  
 dat it an eren viande wil ſchein

C

mer



mer den eirsten slaich ment den Bus  
 schhoff goit haven  
 Dat hie sy dreiff weder up den graven,  
 mer weirlich der en vlo engein,  
 ire alre herke dachte alein,  
 Dat sy liever alda sturven  
 dan sy neit den segen en erwurven.  
 sy geingen hauwen ind kerven,  
 men saich sy man ind ros verderven,  
 sy heilden up der baich myt stryde  
 ind werden sich myt nyde,  
 want van Balckenburch myn here De-  
 derich,

eyn kone man wail lovelich,  
 heilt so lange sonder rede,  
 dat hie engein helpe dede,  
 ind heilt vur sich moder stille,  
 bis eyn syn ritter sprach, wat is ur wille,  
 here ir halt sus myt luzel eren,  
 ir en helpt myt fruwen den Coelneren  
 hie up der stat ir viande keren  
 vientlich kunde hie geberen,  
 do eirst reit in her Dederich,  
 eyne konen ritter wail gelich,  
 die zu irst dat her weder reden  
 dat waren die da pyne leden,  
 ir ekliche bloden alse swin,  
 ind leissen doch neit ir veichten syn,  
 ir



ir ekliche als sy woren mude,  
 laifden sich myt irs selves blode,  
 men en saich nen up deser erden  
 strydenden stryt so lange herden,  
 Do was her Herman der Rode,  
 De gewont was zo dem dode,  
 ind der Jude her Daniel  
 eyn kone burger ind snel  
 ouch wie da blode ir ewelich  
 die als lewen werden sich,  
 die alle andere woren so goit  
 beide zo ros ind zo voit,  
 Dat men sy slain saich zo dale  
 rittere, ros ind man alkemal  
 die sich da weryngen vermaisset  
 dat sy ir pant moissen laissen,  
 nochtan dat sy up den rossen saisset  
 moisten sy sich gevangen geven,  
 off sy behalden wolden ir lewen,  
 die vurgenger voichten als heren  
 ind hulpen myt eren groissen eren  
 van Coelne eren lieven burgeren  
 zo vrecken al ire vianden keren,  
 men sleich sy ind sy slogen weder,  
 ind staichen man ind ros darneder,  
 do der Busschoff dat gesaich,  
 dat syn volck darneder laich

C 2

ind



ind den segen gar verlois,  
 synen luser hie erfois,  
 up dem hie sich vil balde snelde  
 ind reit ind wichde van dem velde,  
 hie saich syn volck darneder slain  
 ind gefangen zo Coelne wert gain,  
 hie in moichde in neit zo staden stain,  
 ouch wie gerne hie id hedt gedain,  
 hie saich man, ros, ligen erslain  
 dat en moichte neit wale entfain  
 hie saich syn volck aichter velde jagen,  
 dyt moiste eme ovel behagen.

*GODEFRIDUS AB HAGEN in Chron.  
 fol. CCI.*

GLOSSÆ: ewelich jeglicher. de bas des  
 sto besser. begaden bestellen. fleis  
 chen fliesen. gemeit stipendiatus,  
 conductus. lutzel wenig.

§. XXI. Matthias Overstoltz, Daniel  
 Judæus, Petrus à Leopardo, & Simon Rois-  
 gen, hostes persequuntur in pontem domûs  
 Vrechenfis, captivi detinentur, & in carce-  
 rem conjiciuntur.

Hie saich her, ind hie saich dar  
 zo alre leste wart hie gewar,

wa



wa irre veir sich verreiden,  
 die al den daich hadden gestreiden,  
 sy volchden dien vianden an dem rucke  
 zo vrecken upt huns bys up die brucke,  
 do sy wainden weder keren,  
 gevangen worden sy myt eren,  
 her Mattheis Overstulz was ir ein,  
 her Daniel der Jude, deser en gein  
 en saich men viande vermyden,  
 man saich sy alse lewen stryden,  
 dat derde was als her Peter van dem  
 Lebarde

die up die viande vacht so harde,  
 dat hie groissen prys gewan,  
 hie was des dagis ein kone man,  
 dat veirde was Symon Koisgin,  
 hie en moichte des dagis neit besser syn,  
 hie heilt sich en kuisch ind syn,  
 zo vrecken up dat huns worden sy geleit,  
 it were in leiff off leit,  
 ir wapen worden in usgedain,  
 men dede sy in einem kercker gain,  
 vil lude karmen sy begonden  
 ire bitterliche wonden,  
 die sy sin uzen ungebunden  
 zo denselben stunden,  
 up dat huns der Busschoff quam,  
 als scheir hie sy da vernam,

C. 3

men



men nainte sy eme al myt namen,  
 sich mogen alle die myne schamen,  
 Das under desen ein einich man,  
 Die kome strydes e began,  
 Dat is der Jude her Daniel  
 hadde sy durchbrochen also snel,  
 als ein valcke, der eynen vogel sleit,  
 ain irre alre danck hie weder reit,  
 Daniel wie du ouch gevangen sys,  
 Des st: ydens gein ich dir den prys,  
 Driffich ritter sind mir gevangen ave,  
 ind ich tyn bas an uch have,  
 Do der voltquich als was verwonnen,  
 myt vreuden heym ryden begunden  
 Die van Coelne myt groiffen schalle  
 samen vreuden sy sich alle,  
 want sy driffich ritter me noch myn,  
 braichten weder zo Coelne in,  
 ain sarianten ind ain kneichte,  
 Der en zelle ich neit van reichte,  
 men saich nen lude weder komen  
 vrolicher, als ich hain vernomen,  
 wo sich stede volck getruweliche  
 helt zo samen, dat wirt erenryche,  
 ind want van ein sich leist scheiden  
 ind rutwet sich na arm ind riche an beiden.

Go



GODEFRIDUS AB HAGEN in Chronico fol. CCI. pag. II.

GLOSSÆ: Wainden meinten. lude laut.  
Voltquich schlachtfeld.

§. XXI. Inter Conradum & Urbem pax concluditur, episcopo sibi sex millia marcarum stipulante.

Do sy up beiden syden urlogis woren  
moede  
alre eirst warff Busschoff Albrecht umb  
dat goit  
entuschen dem Buschove ind der stede,  
der eirste Busschoff synen willen dede,  
men geloiffde eme seis dusent marck,  
die zo gelden harde starck  
der stede woren sicherlichen,  
ind satten eme darour burgen riche  
hundert der besten van der stat,  
die geloifden myt irre truwen dat,  
dat sy die pennynge dan neyt en gulden,  
dat sy darour legen en sulden  
in cloistrin ind davis neit kommen en  
solden  
die VI. dusent marck woren vergulden.



GODEFRIDUS AB HAGEN in Chron.  
fol. CCIII.

GLOSSÆ: umb dat goit hoc est: vertrag.

§. XXIII. Historiam Godefridi Hagenii supplet securis episcopalis. Conradus quærit illimitatum in Urbe monetandi exexcitium, ut supra §. XIV. dicebamus, quærit ut numi sui à liga Ubio-Agrippinensi (XI. denarios XII. grana pendente) ad X. denarios IX. grana desciscentes (quemadmodum numus XL.) intra Coloniam sint dativi. His de articulis in Hugonem titulo S. Sabinæ presbyterum Cardinalem Apostolicæ sedis legatum & Albertum M. lectorem Prædicatorum compromittitur. Hugo . . . . & Albertus . . . . Noverit universitas vestra, quod cum inter . . . Conradum archiepiscopum Coloniensem ex parte una, ac scabinos ac universos cives Colonienses ex altera super moneta, & aliis quibuscunque quæstionibus inter eos hinc inde existentibus gravis discordia orta esset, tandem pro bono pacis in nos fuit à dictis partibus compromissum. Anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo feriâ tertiâ post Palmarum. SECURIS N. LXXII.

§. XXIV.



§. XXIV. Hugo Cardinalis, & Albertus lector A. MCCLII. Mense Aprili laudum dicunt: Episcopum non habere monetam novam, neque ullo tempore innovandam, nisi duobus in casibus. **PRIMO:** quo novus episcopus electus fuerit & confirmatus. **SECUNDO:** Si in obsequio Imperii armis accinctus de Transalpinis partibus revertatur. His, ex testimoniis senum, solitum sit numisma Coloniense innovari secundum puritatem & pondus idearum in sacrario D. Petri, & custodia Urbis depositarum XI. denarios XII. grana pendentium. *Hugo . . . . Cardinalis . . . . & Albertus lector . . . . habito bonorum virorum consilio nostrum arbitrium unanimiter proferentes . . . . duximus ordinandum, videlicet, ut Conradus archiepiscopus careat de moneta nova, nec unquam in omne tempus moneta Coloniensis nummismatis renovetur, nisi quando novus archiepiscopus electus fuerit, & confirmatus, vel quando . . . in obsequio Imperii armis accinctus de Transalpinis partibus revertetur. Eo quod secundum dicta & testimonia omnium antiquorum numisma Coloniense consuevit ab antiquo in his duobus casibus innovari, nec in alio casu aliquo permissa fuit no-*



*va nummismatis percussura . . . . & quia  
 numisma quod in presenti publicum est . . .  
 per multas varietates viciatum est & fal-  
 satum . . . dicimus arbitrando, ut ad uni-  
 cam descriptionem & imaginem revertatur  
 . . . . quod ut cautius observetur, ut . . .  
 primæ percussuræ idea, quod stale vulgari-  
 ter appellatur, in sacrarium beati Petri ma-  
 joris ecclesie in Colonia reponatur in summa  
 tredecim solidorum, & quatuor denariorum  
 Coloniensium, & tantundem ejusdem numis-  
 matis custodiendum bonæ fidei dictorum ci-  
 vium committatur, ut ad illorum denariorum  
 puritatem & pondus totius percussuræ nu-  
 misma semper examinari valeat & probari.  
 SECURIS N. LXXII.*

§. XXV. Unde consequitur: Numum  
 XL. Conradi per varietates vitiatum non  
 habere puritatem, neque pondus denario-  
 rum Urbicorum, non esse per laudum  
 Cardinalis & Alberti in Urbe dativum,  
 jure exigente fuisse devaluatum. Ductum  
 plurimorum territoriorum numos cudenti-  
 um, absque ulla extra recipiendi obliga-  
 tione, hoc in passu Colonia secuta est.  
 Denarii Urbis ante medium sæculum XIV.  
 extra moenia non erant dativi, neque epi-  
 sco.



scopatûs intra, nisi in duobus casibus,  
 supra datis. Veritatem ostendit conven-  
 tio ex sæculi XIV. anno LVII. inter Wil-  
 helmum Coloniensium, Ubio - Agrippi-  
 nensium, episcopum, Wilhelmum ducem  
 Juliae, utramque Civitatem Imperialem  
 Ubio - Agrippinensem, & Aquensem pla-  
 cita, definiens monetam communem his  
 in territoriis, & civitatibus dativam: Wir  
 Wilhem Erzebischof . . . zu Cölen  
 . . . ind wir Wilhelm . . . Herzoge  
 zu Gwyliche; ind wir Richtere, sches-  
 fen, rede, ind gemeine burger der  
 Stede van Cölne, ind von Aichen,  
 doin kund, dat wir . . . uns over-  
 dragen enre gemeine münzen . . .  
 ind wir sulen geenerleve ander gelt . . .  
 lassen gain, noch geven, noch nemen  
 . . . vort so sal dit overdrag . . .  
 blyven stain . . . seiß ganze jair. MO-  
 NETA Ubio - Agrippin. Dissert. histor. §.  
 IX. Nos Wilhelmus . . . Archiepisco-  
 pus . . . Colonia, & nos Wilhelmus . . .  
 dux Julia, & nos iudices, scabini, consu-  
 les, & communitates civium civitatis Co-  
 loniensis, & Aquensis notum facimus . . .  
 quod nos . . . convenerimus de communi  
 moneta . . . & nos nullam aliam monetam

. . .



*... permittemus currere, neque expone-  
mus, neque recipiemus . . . . . adhaec  
conventio haec stabit . . . . . per sex annos  
integros.*

§. XXVI. Revertimur ad Chronicon  
Godefredi Hagenii §. XXIII. ex Securi sup-  
pletum. Devaluatio denariorum episcopa-  
lium, cum numo Conradino XL. item  
laudum Hugonis & Alberti Conradum  
acriter pungit. Conradus Urbem infestat,  
ut dicebamus, alterâ & alterâ obsidione  
cingit, victualia intercipit, praelium com-  
mittit, victoriâ pro civibus stante, stipu-  
latis sex millibus marcarum, & acceptis  
fidejussoribus pacem pangit. Pace factâ  
tentat ditissimos cives contra Urbem con-  
citare,

Do man verburchde desen schatz,  
quam Busschhoff Coinrait in die stat  
ind bede die richsten ane moiden,  
hie wolde so erven ind goiden,  
dat so sich myt eme verbunden,  
ind eme als sins willen gunden,  
ind dat so eme gereit weren,  
ouch up wen hie sich wolde keren,  
ind



ind dat sy neit en bynnen der steide  
 je wedersprechen syner beide,  
 node irre enich dat ane veinck,  
 want it weder die vryheit der stede geinck,  
 kurtlig waren sy so beraden,  
 dat sy sins willen neit en daden.  
 Der Busschhoff nam dit in unmoide  
 hie daichte it zu gelden nyt mit goide  
 als men seder wail gesaich,  
 do man eme die pennynge gelaich.

*GODEFRIDUS HAGENIUS in Chronico fol. CCIII.*

GLOSSÆ: schatz sechs tausend Marck,  
 beide bitte.

§. XXVII. Episcopus hoc conatu deceptus  
 convertit se ad textores & plebem, illos &  
 hanc conciendo & homagiales faciendo.

Der Busschhoff in ein richtes besante  
 die richsten, die hie besante  
 van den weveren ind den gemeinden  
 hie geschoiff, dat sy sich vereinden,  
 ind eme sworn, ind holden  
 dat sy eme alle helpen solden  
 weder



weder die besten van der stat,  
umb anders neit, dan umb dat,  
dat sy ir vryet neit zo breichen  
en leissen, dat sy it hulpen wregin.

GODEFRIDUS HAGENIUS in Chron.  
fol. CCIII.

GLOSSÆ: geschoiff befable. vryet frey-  
heit. wregin ulcisci.

§. XXVIII. Tempestate textorum, &  
plebis fretus Conradus resuscitat A.  
MCCLVII. XV. Kalend. Aprilis (XVIII.  
Martii) quæstionem contra Urbem de de-  
nariis cerevisialibus. Nos Conradus . . . .  
& nos iudices & scabini, ac universi cives  
Colonienses notum facimus . . . nos super de-  
nariis cerevisialibus ita invicem concordasse  
. . . quod quam cito ab horum perceptione  
exierint illi, qui percipiunt nunc eosdem, nos  
tunc ipsos usque per continuum instans de-  
cennium percipiemus in equali per omnia por-  
tione. Ita quod nobis archiepiscopo nostra  
medietas, & nobis iudicibus, scabinis & ci-  
vibus Coloniensibus medietas nostra cedat.  
Datum & actum Bonnæ Anno Domini mille-  
simo ducentesimo quinquagesimo septimo de-  
cima



*cima quinta Kalend. Aprilis. SECURIS N. LXXIII.* Pro intellectu Cartæ. Anno MCCXXXVIII. Fridericus Imp. concesserat Conrado denarios cerevisiales percipiendos in Urbe. §. VI. A. MCCXXXIX. Conradus agnoscit denariorum indebitum, cassando & nullas declarando literas Cæsareas. §. VI. Urbs pro illius periodi more elocat erga annum vectigal denarios ad definitum diem. Episcopus reperceptionem unius dimidiæ, tempore elocationis finito, per Cartam præsentem sibi stipulatur injuriâ, utpote ex propria confessione indebitæ. Quo titulo? quæris. Titulo indignationis, conceptæ ex devaluatione Urbica numi episcopalis XL. conceptæ ex laudo Hugonis, & Alberti numos episcopales, non pendent XI. denarios XII. grana, reprobante, & in Urbe dativos ad duos casus restringente.

§. XXIX. Conradus A. MCCLVII. feriâ quartâ post ramos Palmarum (XXVIII. Martii) cudit mandatum Judicum, scabinorum & universorum civium Colonienfium jurandi in suas animas de ratihabendo sententiam G. majoris decani, H. præpositi S. Severini, H. præpositi Ss. Apostolorum,

rum,



rum, magistri Alberti lectoris Prædicato-  
rum, Ph. thesaurarii majoris ecclesiæ Colo-  
niensis, sigillo appresso.

*Nos judices, scabini, & universi cives  
Colonienses notum facimus . . . quod nos  
Hermanno magistro civium, Petro Judeo,  
Hermanno dicto Comiti, Hermanno dicto  
Scherfgen, Wilhelmo dicto de Aduch, Go-  
defrido Hardevust, Gerhardo Overstoltz, &  
Wernero de Horreo, nostris concivibus da-  
mus speciale mandatum & expressum ju-  
randi in animas nostras, quod definitionem  
seu sententiam venerabilium virorum domi-  
norum G. majoris decani, H. Præpositi  
Sancti Severini, H. Præpositi Sanctorum  
Apostolorum, magistri Alberti lectoris fra-  
trum Prædicatorum, Ph. Thesaurarii ma-  
joris ecclesiæ Coloniensis, qualemcunque ju-  
rati dixerint inter dominum nostrum C. Co-  
loniensem archiepiscopum & nos super qui-  
buscunque articulis secundum tenorem com-  
promissi, super hoc confecti & hinc inde  
sigillati, ratam habebimus & gratam, &  
approbando eandem sigillum civitatis Colo-  
niensis eidem faciemus apponi. In cujus  
rei fidem presentibus sigillum civitatis Colo-  
niensis duximus apponendum. Actum & da-  
tum*

*tum*



*tum Colonia Anno Domini 1257. feria  
quarta post ramos Palmarum L. S. SECU-  
RIS N. LXXV.*

§. XXX. De fidelitate sigilli responde-  
re non possumus. Sit fidele per momen-  
tum. Ex non vana præsumptione suspica-  
mur, ope concitatae plebis, sigillum cartæ  
appressum, in manus episcopi venisse. Lu-  
dovicum à Mullengassen, eâ tempestate  
magistrum civium, sigilli custodem, inve-  
nimus magisterio motum.

*CONRADUS . . . . Ludovico, filio  
Theodorici de Mullengassen, hac vice ma-  
gistro civium existenti, officium magistra-  
tus . . . . per sententiam diffinitivam ab-  
judicamus . . . . in cuius rei testimonium  
& munimentum perpetuæ firmitatis præsen-  
tem literam sigillo nostro, nostrique Capi-  
tuli, nec non & civitatis Coloniensis sigil-  
lis duximus muniendam . . . . Actum &  
pronuntiatum in palatio nostro quinto deci-  
mo Calendas Maji (XVII. Aprilis) Anno  
Domini millesimo ducentesimo quinquagesi-  
mo nono. SECURIS N. LXXVIII.*

D

Car.



Cartam Conradus signat Urbico sigillo, fidem faciente tenore. ANNO EODEM & die institutionem & installationem novorum scabinorum *SECURIS N. LXXIX. ANNO MCCLIX.* sigillat eodem sigillo Conradus testimoniales de stapula Ubio - Agrippinensi. *SECURIS N. LXXX. ANNO MCCLX. XVI. Calend. Januarii (XVII. Xbris)* cartam proscriptorum civium, & confiscatorum molendinorum. *SECURIS N. LXXXI.* Oraculum Engelberti II. à Falckenburg episcopi Coloniensis ex A. MCCLXXI. veritatem amoti sigilli Urbici manifestat.

*Nos Engelbertus . . . Coloniensis Archiepiscopus . . . audimus, quod quidam impiè sigillum Civitatis Coloniensis furtivè subtraxerint . . . pronunciamus, & sententiando dicimus, & decernimus, membranas vel literas, sinè scitu, & consilio civitatis sigillo veteris sigillatas, penitè non valere, & nullum penitè robur habere firmitatis. CODEX DIPLOMAT. Ubio - Agripp. §. XLIX. & medio.*

§. XXXI. Hoc scimus ex historia Engelberti II. episcopi, Deo propitio dandâ,  
de



de sigillo Urbis. Familiâ Mullengassiorum (sapientes, die wisen appellantur) ad castra episcopi tractâ, Ludovicus à Mullengassen, magister civium, compellitur ad sigillum Urbis exhibendum.

Here! Den burgermeister den doit besen-  
 den,  
 die der stede segel hait under henden,  
 sus wart her Ludewich besant,  
 hie quam zo reichte ind alze hant,  
 men heis in dat segel van der steide,  
 da en hoirte weder dreuwe, noch bede,  
 dat ich it numerme gegeve  
 also lange als ich leve  
 in truwen, ind ir gevangen syt,  
 off ir wert des segels quyt.  
 Do her Ludewich gefangen wart,  
 son kneicht leiff balde myt der vart,  
 ind dede it den wisen kunt.

*GODEFRIDUS HAGENIUS in Chroni-  
 co. fol. CCXXVI.*

§. XXXII. Ex his prociusum manda-  
 tum compromissorium suspicamur sigillo  
 Urbis, in manibus ipsiusmet Conradi epi-  
 scopi, ex textorum & concitatae plebis con-

D 2

spi-



spiratione, existente, immò ex oraculo Engelberti II. episcopi furtivo esse signatum, dicimus à mandatariis non receptum, rejectum. TERTIUM mandatarium producimus ex §. XXIX. Hermannum Comitem ob violatum suæ pactionis articulum in personæ & rerum suarum condemnationem lapsum. SECURIS N. LXXXI. Quæ pactio? nullam in historia, nullam in diplomatica reperimus, nisi mandatum, à Conrado protrusum, pro pactione venditare præsumpseris. Hermannus Comes ob non receptum mandatum; ob rejectum, in rerum suarum condemnationem incidit. Exhibemus reliquorum mandatariorum fata. De PRIMO Hermanno, illâ ætate magistro civium, historiæ nostræ silent, illâ tempestate, ut arbitramur mortuo. De SECUNDI, Petri Judæi captivitate testis est Godefridus Hagenius.

Die wech van Are in wart ney me  
 gegangen sint weder noch e,  
 den die gevangene Coelnere  
 affgiengen, des halp in unse here  
 der goede Got leis sy is geneissen  
 dat sy sich ganz up in verleissen,

sy



sy hoven sich upwert zo walde,  
 sy deilden sich schnell ind balde  
 ind en wisten neit wartwert gain,  
 Got selve leisset sy verstein  
 do sy sich alsus bereiden,  
 ind weynende van ein scheiden,  
 den sy van der Schurge heissen, spraiich  
 zo in,

Got sy mynre worde begin  
 Got die dry hilge koninge sande  
 weder ungevangen heym zo lande  
 mysser konynges Herodes handen  
 moisse uns noch hint dar gesendet  
 da wir myt vreden mogen bliven  
 ind moisse unse viande van uns dryven.  
 Nu sullen wir uns deilen in dryn,  
 die eyne quamen zu Singige in,  
 die andere quamen zo Tonburch  
 here Gerhard Overstoultz, her Costin,  
 her Peter Judde, ind sin broeder her  
 Daniel quamen in den Moenichhoff zo  
 Lindendorp. *CHRONICON. fol. CCIX.*

*pag. II.*

Hac historiâ docemur, SECUNDUM  
 mandatarium Petrum Judæum, SEPTI-  
 MUM Gerardum Overstoltz, & OCTA-  
 VUM Wernerum ab Horreo Ariopoli fu-  
 isse captos.



§. XXXIII. Videamus de sorte aliorum trium mandatariorum, Gerardi Scherfgen, Wilhelmi ab Aduct, & Godefridi Hædevuyft. GERARDUS SCHERFGEN quartus mandatarius per Conradum è sede scabinali ejicitur.

CONRADUS . . . . . Coloniensis Archiepiscopus . . . . . Ludovico filio Theodorici de Mullengassen . . . . . officium magistratus, & omnibus scabinis, solo Brunone dicto Crantz excepto . . . . . quorum nomina in presenti tenore sententiæ duximus annotanda: Theodorico videlicet Sapienti, Joanni de Lindgassen . . . . . GERARDO SCHERFGEN . . . . . per sententiam diffinitivam abjudicamus, ipsisque officiis eos sententiando privamus . . . . . quinto decimo Calendas Maji (XVII. Aprilis) Anno Millesimo ducentesimo quinquagesimo nono. SECURIS N. LXXVIII.

CONRADUS numerat *SEXTUM* mandatarium *GODEFRIDUM HARDEVUYST*, seu *HARDEFAUST* inter cives proscriptos.

CONRADUS . . . . . Coloniensis . . . . . Archiepiscopus . . . . . notum facimus . . . . .  
quod



quod cum illorum olim civium Coloniensium,  
à nobis . . . . sententialiter proscriptorum do-  
mus . . . . in nostra consisterent potestate, ut-  
pote Henrici dicti Rufi de sancto Panthaleone,  
Joannis de Niderich, Joannis de Lindgassen,  
Friderici Schachten, Henrici Hartfaust,  
Gerardi Byrtelm . . . GODEFRIDI HART-  
FAUST . . . Actum & Datum Colonia de-  
cima sexta Calend. Januarii (XVII. Decem-  
bris) Anno Domini millesimo ducentesimo se-  
xagesimo. SECURIS N. LXXXI. QUIN-  
TUM mandatarium WILHELMUM AB  
ADUCT judicamus Ariopoli sedisse capti-  
vum. Rutgerus Overstoltz, Daniel Ju-  
dæus, & Constantinus ab Aduct eò pro-  
ficiscuntur ad liberandos suos amicos. Inde  
planum est, Constantinum ab Aduct quæ-  
sivisse liberationem Wilhelmi capti, fratris  
aut saltem consanguinei.

Her Rutger Overstulz hadde wal vera-  
nomen  
ind her Daniel Jude, dat zo Are solde  
komen  
der Busschhoff ir vil liever here!  
her Costin sprach, dat hie da were,  
van der Aducht, ind worden zo rade  
dese dry eins aventz spade,  
D 4 dat



Dat sy des morgens vro up ir pert  
 saissen, ind reden zo Are wert,  
 sy sprachen: uns hait syn edel munt  
 so wale intheischen zo mencher stunt,  
 worde hie zo Busschove ind zo eren,  
 hie wolde uns al unse unreichet keren.  
 herzo antwerde her Daniel,  
 Die wys is, ind synen suet,  
 ich en wene neid, riden wir zo eme dare,  
 unse vrunt volgen uns van Are.

*GODEFRIDUS HAGENIUS in Chroni-  
 co fol. CCVIII. pag. 2.*

§. XXXIV. Mandatum jurandi in ani-  
 mas civium, de ratihabendo laudum compro-  
 missariorum, Hermanno magistro civium,  
 Petro Judæo, Hermanno Comiti, Gerhar-  
 do Scherfgen, Wilhelmo ab Aduct, Godefri-  
 do Hardefaust, Gerardo Overstoltz, Wer-  
 nero ab Horreo, per Urbem non est da-  
 tum, non est à mandatariis receptum, fi-  
 ctum est compromissum *N. Securis LXXVI.*  
 editum, hic extractum.

Wir Cunrad Erzbischoff van Cö-  
 len, inde wir richter, scheffen, inde ges-  
 meinliche de burgere van Cöllen duent  
 dat



Dat fundt . . . . . So wa der stätt  
 recht van Cöllne, vriheide, gude, inde  
 redliche gewonden, inde handvestung  
 unzweifflich sint, da sat die stätt, ind  
 de burger van Cölne innen sitzen, inde  
 bliuen geruhliche . . . . . So wa  
 wir burgere spregghen, dat unse here der  
 Erzbischoff unß of den unsen, of der  
 stete van Cöllne unrecht dun . . . alles  
 des sin wir zu beyden halven gegans  
 gen an funf man . . . . . also dat sie  
 . . . . . unser beyder recht erfahren, inde  
 sullen na irem eide de Zwionge . . . .  
 tuschen hie inde sente Joannis zu mid  
 des sommer . . . . . bescheiden . . . .  
 wir aichte burger . . . . . han op dem  
 heiligen geschworen, op unse fehlen,  
 inde der burger gemeinliche, dat wir  
 ind die stätt van Cölne datselwe beschicht  
 sollen steedt halten, inde thun besiege  
 len mit der stett insigele . . . . . Na  
 Gods gebuht duisent jair inde zwey  
 hondert jair, inde sievene inde funffzig  
 jair diß neigsten Gudens tage na Pala  
 men. *SECURIS N. LXXVI.*

§. XXXV. Qui iudices mandantes  
 quæris. Iudices sunt magistri civium, Con-  
 rado

D 5

rado



rado episcopo eos hoc prædicato in A. MCCLIX. SECURIS N. LXXIX. honorante. *Conradus . . . Archiepiscopus . . . . Cum . . . de iudicibus, seu magistris civium . . . . tantus ad aures nostras . . . clamor pervenerit. Unus A. MCCLVII. erat Hermannus. Nos iudices & scabini . . . notum facimus . . . quod nos Hermannus magistro civium . . . damus speciale mandatum. SECURIS N. LXXV. Unus erat Hermannus aut hac tempestate mortuus, aut eodem fato cum cæteris mandatariis obrutus. Alter erat Ludovicus filius Theodorici de Mullengassen, A. MCCLIX. à Conrado magistratu exutus. Conradus . . . . Archiepiscopus . . . . Ludovico, filio Theodorici de Mullengassen hac vice magistro civium existenti officium magistratûs . . . . abjudicamus. SECURIS N. LXXVIII. Habemus iudices magistros civium, per ipsosmet arbitros prædicatos. Sunt tamen in spiritualibus quàm in temporalibus sub ipso & ab ipso iudices jurisdictionem habentes & officii, qui dicuntur magistri civium. LAUDI formalia. Qui erant scabini? Theodoricus Sapiens, Joannes de Lindtgassen, Ludovicus de Mullengassen, Hermannus Comes, Theodoricus Gyr, Henricus de Mullengassen,*

sen,



sen, Theodoricus Grin, Gerardus Scherfgen, Gerhardus de Lindtgassen, Matthias Oberstoltz, Joannes de Porta, Rygwinus Grin, Gerhardus Gyr, Hermannus & Ludovicus, filii Theodorici Sapientis, & Daniel Oberstoltz, A. MCCLIX. à Conrado è sedibus scabinalibus ejecti. *Conradus . . . Archiepiscopus . . . omnibus scabinis solo Brunone dicto Crantz excepto . . . Theodorico Sapienti Joanni de Lindgassen &c. . . officium scabinatus . . . per sententiam diffinitivam abjudicamus. SECURIS N. LXXVIII.*

Scabini aut in vincula rapti.

Do intsatte hie die scheffen van der stat, ind nam ir wapen ind ir schwert syne lude der bester zwolve veingen, der ander wenich dar entgeingen, sy wurden snel ind gereit in her Gerards des Breuen huys geleit, da lagen sy je zwene dage.

*CHRONICON. fol. CCIV.*

Aut Urbe elapsi.

Der Busschoff manchis deinstis daichte den sy eme davur hatten gedain, ind leis sy stillichlichen intgain.

*CHRONICON. fol. CCIV.*

Aut



Aut bonis confiscatis proscripti, Joannes de Lindtgassen, Theodoricus Gryn, Matthias Overstoltz, Hermanno Comite in personæ suæ, & rerum condemnationem lapso. *Conradus . . . Archiepiscopus . . . notum facimus, quod cum illorum olim civium Coloniensium à nobis . . . proscriptorum domus . . . in nostra consistenter potestate, utpotè . . . Joannis de Lindtgassen . . . Theodorici Sapientis, Theodorici Gryn, Matthiæ Overstoltz, & Hermannii dicti Comitis, qui nec profugus nec proscriptus in personæ & rerum suarum condemnationem quam elegerat, incidit. SECURIS N. LXXXI.*

§. XXXVI. Qui cives mandantes? Profugi, è fuga retracti, proscripti, carceribus mancipati, cæteri textores, & plebis fæces. *Conradus . . . Archiepiscopus . . . notum facimus, quod cum illorum olim civium Coloniensium, a nobis . . . sententia-liter proscriptorum domus . . . in nostra consistenter potestate, utpotè Henrici dicti Rufi de sancto Panthaleone, Joannis de Niderich, Joannis de Lindtgassen, Fridericæ Schachten, Henrici Hartfaust, Gerhardi Byrtelm, Hildegeri Buckelem, Godefriedi Hart-*



Hartfaust, Gotscalci filii Waldaveri, Gots-  
calci de Wippeafurde, Gotscalci Kleingedanck,  
Theodori Sapientis, Henrici de Mullengas-  
sen, Godefridi Kleingedanck, Theodorici  
Gryn, Weneri Unckelen, Brunonis dicti  
Coven, & Hermanni fratris sui, Gerhardi de  
Lindtgassen, item Hermanni de novo foro, Si-  
monis fratris sui, Theodortci Ratzen, Brunonis  
de Rosse, Alexandri fratris sui, Alexandri  
dicti Judai, Constantini filii Walcelini, Da-  
nielis dicti Judai, seu aliorum &c. Item  
cum in nostra potestate consisterent domus  
... profugorum, & in fuga ipsa capto-  
rum Gotschalci videlicet Vetschalden, Hen-  
rici dicti de Hame, Gerhardi dicti Bückeln,  
seu aliquorum aliorum. Item cum domus  
seu mansiones Hermanni dicti Comitis, qui  
nec profugus, nec proscriptus, persona, &  
rerum suarum condemnationem, quam ele-  
gerat, incidit, contra sua pactiois articu-  
culum veniendo, & sui insuper generi, Mat-  
thiae dicti Oberstoltz, qui & profugus, &  
in ita pactiois extitit violator ... in nostra  
consisterent potestate. Item cum fuerint qui-  
dam, qui armis accincti cum solemnitate ho-  
stiliū vexillorum, de suis in palam exiē-  
rant domibus . . . . & horum quosdam

in



*in nostræ captivitatis vincula miserimus compeditos &c. SECURIS N. LXXXI.*

§. XXXVII. Judices, scabini, immò cives ipsimet compromissum, à Conrado obtrusum, refutârunt. Unicum illegale processûs Conradini irregularis principium. Hermannus Comes assertus mandatarius, & scabinus, sede scabinali motus, contra pactionis suæ articulum veniendo, in personæ & rerum suarum condemnationem incidit, incidit negando receptionem mandati, jurandi in animas judicum, scabinorum & civium, de stando arbitrio compromissariorum. Matthias Overstoltz gener Hermannii ob pactionis violationem proscribitur, proscribitur ob reprobatum mandatum, ob rejectum compromissum. Nullam vidimus pactionem ab Hermanno Comite initam, nullam violatam, nullam à Matthia Overstoltz, nisi rejectionem mandati, refutationem compromissi, pactionum violationem finxeris. Rejectum esse mandatum, refutatum compromissum, ab Henrico Rufo de S. Pantaleone, Joanne de Niderich, & plurimis aliis civibus §. XXXVI. nominatis, facinora non sunt in episcopi, in Reip. injuriam perpetrata.

Facta



Facta sunt tutandi Urbis jura, & libertatem civicam. Prodire in publicum, cum hostilibus licet vexillis, ad liberandos iudices, scabinos, & cives, ad liberandum se à compromissi jugo peccatum non est vinculis dignum.

§. XXXIIX. Nec iudices nec scabini, neque ullus civium in arbitros compromisit. Qui arbitri compromissarii? Goswinus decanus Metropolis, Henricus præpositus S. Severini, Henricus præpositus Ss. Apostolorum, Philippus custos Metropoliticus, & frater Albertus lector Prædicatorum Colonienfium, omnes clerici, ecclesiæ omnes iurati (solo Alberto excepto) ad dicendum laudum jurejurando non soluti, contra compromissi tenorem (*qualemcunque iurati dixerint sententiam. SECURIS N. LXXV.*) nullo ad laudandum devincti, nullo laico, minus Jcto, con-compromissario dato. Tacemus hic sigillum Urbis furtivum, mandato & compromisso appressum. Tacemus ex eo juramentum mandatariis affictum collabi, corruere compromissum. Urbem in arbitros clericos, Conrado & ecclesiæ juramentis,



mentis, non relaxatis, obstrictos compromississe, nemo sibi, nemo nobis persuaserit. Verum est, Albertus, exempti ordinis, non erat Conrado, non erat ecclesie juratus. Non videmus Albertum secundum compromissi præscriptum (*sulent na irem eide di zwionge off der zwist na rechte bescheiden:*) jurasse de iudicando ad legum præceptum, neque iudicasse, immò absque eo non potuisse, compromisso ad minimum tres compromissarios requirente.

§. XXXIX. Libertatem à compromisso Conradino evincit Richardus Comes Cornubiæ frater regis Angliæ, electus à Moguntino, Conrado Colon. episcopo, & Ludovico Palatino, A. MCCLVII. in octava Epiphaniæ Rex Romanorum, in ascensione Domini per Conradum Aquisgrani coronatus. *A. MCCLVII. principes regni pro eligendo rege jam diu habitis diversis conventibus tandem definitum electionis diem in Octava Epiphaniæ statuunt, in Frankensfurt celebrandum, ubi cum quidem convenissent, Moguntinus, Coloniensis Archiepiscopus, & Ludowicus comes Palatinus Rheni,*



ni, & frater suus dominus Henricus dux Bavaria, in Richardum fratrem regis Anglia convenerunt, & electus ab ipsis subsequenter in die ascensionis Domini apud Aquisgranum in regem ungitur, & potenter in regni solio collocatur. CHRONICON. Augustense ad A. MCCLVII. MCCLVII. . . . . Gerhardus Archiepiscopus Moguntinensis, Conradus Archiepiscopus Coloniensis & Ludovicus Comes Palatinus Rheni, conveniunt in unum, Richardum Cornubiæ comitem, fratrem regis Anglorum, communi decreto, in regem Teutonum ad Romanorum Imperium elegerunt . . . . . Quem suprascripti principes magno honore suscipientes ad Aquasgrani perducunt, & per manus Conradi Coloniensis Archiepiscopi ungi & coronari solemniter faciunt. JOHANNES TRITHEMIUS Abbas in Chron. Hirsaug. A. MCCLVII.

§. XXXX. Richardus Romanorum Rex Imperator Aquisgrani à Conrado Episcopo coronatus, revertitur Coloniam, & XXVI. Maji Diploma edit, Urbi omnes libertates, jura & privilegia, atque bonas & approbatas consuetudines & honestas confirmando. RICHARDUS Dei gratia Romanorum Rex . . . . . Sciant tam posteri quàm presentes,  
E quod



quod Nos . . . nobilium civium Coloniensium  
 . . . privilegia . . . vidimus & audivi-  
 mus . . . ipsis omnes libertates, eorum jura  
 & privilegia eis à Divis Imperatoribus & re-  
 gibus Romanorum prædecessoribus nostris, aut  
 ab archiepiscopis, vel quibuscunque personis  
 justè & piè concessa, nec non & bonas & ap-  
 probatas consuetudines & honestas confirma-  
 mus eisdem. Item quod si contigerit, nos ex-  
 ercitus ducere propè Coloniā, cavere debemus,  
 ut ipsorum curtes vel bona depopulatione, vel  
 vastatione aliqua non ledantur. Item arma-  
 tos homines in Coloniā non ducemus . . .  
 item nec per exercitum nostrum, nec per ali-  
 am causam eam arctabimus . . . ad aliquod  
 nobis subsidium impendendum . . . nec  
 ab ea contra voluntatem suam quidquam cu-  
 rabimus extorquere, sed & illam ei tradi-  
 dimus libertatem, quod nullus civium Civi-  
 tatis ejusdem in jus vocabitur ab aliquo extra  
 Coloniā super delicto vel crimine infra Colo-  
 niā, seu ipsius terminos perpetrato. Item  
 quod in terminis ipsius archiepiscopi & eccle-  
 siæ Coloniensis nullas munitiones erigemus . . .  
 item quod scabini & universi cives Coloni-  
 es nec ob debita, nec ob promissiones cu-  
 juscunque archiepiscopi Coloniensis . . .

in



*in personis vel rebus debeant damnificari  
 . . . . . item quod nullus civium Coloniensi-  
 um pro delicto; vel crimine infra Coloniā  
 & terminos ipsius civitatis, qui dicuntur  
 Burban, commissō, vel quod dicatur com-  
 missum extra Coloniā à Nobis vel succes-  
 soribus nostris in jus vocetur . . . . sed Nos  
 & successores nostri in palatio nostro Coloni-  
 ensi præsidere debemus, & ibi secundum  
 quod sententia scabinorum dictaverit, judi-  
 care &c. . . . . Testes hujus rei sunt . . .  
 Conradus Coloniensis . . . item Gerwinus ma-  
 joris ecclesiæ Colon. decanus, Philippus ejus-  
 dem ecclesiæ thesaurarius . . . Datum Colo-  
 niæ . . . . Anno Domini MCCLVII. vice-  
 sima sexta die Maji.*

§, XLI. Exegetis diplomatis Richar-  
 dini. Ab Richardo rege - Imperatore vide-  
 mus libertates Urbis, jura, & consuetudi-  
 nes confirmatas, teste Conrado ipsomet  
 præsentē, testibus duobus compromissariis,  
 Gerwino decano, & Philippo thesaurario,  
 seu custode, erubescētib; ad inane com-  
 promissum appellare. Libertates oppidi  
 Ubiorum in veteri Germania ab imperio  
 gentilium sacerdotum, nisi ad silentium  
 indicendum. Libertates Ubio - Agrippinen-

E 2

ses,



fes, post S. Baptisina susceptum, ab imperio episcopali ad Ottonis I. regis-Imperatoris epocham, ad Sæculi X. Annum XXXVI. fatente episcopatu Coloniensi in Securi, à Brunone I. fratre Ottonis suam historiam inchoante, Libertatem ab Imperio Brunonis I. & successorum Volmari, S. Geronis, Warini, Evergeri, S. Heriberti, Piligrimi, Hermanni II. S. Annonis II. Hildolphi, Sigewini, Hermanni III. Friderici I. Brunonis II. Hugonis, Arnoldi I. Arnoldi II. Friderici II. Reinaldi, Philippi Heinsbergii, Brunonis III. Adolphi, Brunonis IV. Theodorici I. S. Engelberti I. Henrici à Mullenarck. A. Sæculi X. Anno XXXVI. per Sæcula XI, XII. & quod excurrit. Ab imperio Conradi Hochstättani ex medio sæculo XIII. Ab imperio Conradino in octo mandatarios, Hermannum magistrum civium, Petrum Judæum, & reliquos, recipiendi mandatum, injuriâ præsumpto: Item in judices, scabinos, & universos cives, compromittendi in quinque clericos, ecclesiæ juramentis ligatos (solo Alberto excepto) vinculo non solutos, sinè ullius laici Jurisconsulti adjunctione. Libertas ab imperio episcopali in monetam intra Urbem dativam, per laudum

dum



dum Hugonis & Alberti ad duos casus limitatam, ab imperio in monetariam Ubio-Agrippinensem, episcopali ad vicum Rilensem rejectâ. *Monet. Ubio-Agrip. Dissert. historica §. IX.* Ab imperio in monetarios, **hausgenossen** dictos, in privilegium monetandi, ab Urbe profectum. Ab imperio in præsidium Concilii, in magisterium civium, in judiciorum realium præsidia, burggraviatum, in advocatiam, in comitatus, ab imperio in iudices personalium, magistrorum civium, & realium, scabinos, Ab imperio officii exuendi magistrorum civium, burggravium, advocatos, comites, scabinos, cives proscribendi, bona confiscandi. Ab imperio in redditus Urbis & proventus (ut in denarios cerevisiales) & siquid genus sunt alia.

§. XXXII. Sex episcopos **SECU-**  
**RIS** excipit, S. Brunonem I. ex Sæculo X.  
 S. Heribertum ex eodem. Annonem II.  
 ex XI. Philippum Heinsbergium ex XII.  
 Heinricum à Mullenarck ex XIII. ineunte,  
 ex medio Conradum Hochstættanum, Ur-  
 bi in profanis imperitantes. **COLONIA**  
 Ubio-Agrippinensis ab imperio episcopali  
 profano per novem Sæcula à Xto nato li-  
 bera



bera, non subfuit in Sæculo X. S. Bruno-  
 ni I. Anno DCCCCLIII. electo, deputato  
 per Ottonem I. Imperatorem fratrem, Ar-  
 chiduci per Lotharingiam, per Urbem ne-  
 quaquam. *JUSTITIA mandat. & sen-  
 tent. in conclus. resoluta. §. XII.* Non  
 subfuit S. Heriberto Sæculo X. Cartis  
 Ottonis III. Imperatoris *IN JUSTITIA*  
*§. XXIII.* explosis. Nec Annoni II. in  
 Sæculo XI. per historias Lamberti Schaf-  
 naburgensis & Reginhardi Sigbergensis,  
 synchronorum. *Justitia &c. §. XXV.*  
 Neque sæculo XII. Philippo Heinsbergio,  
 non apparente murorum Urbicorum do-  
 minio, a civibus extruكتورum (testibus  
 Godefrido Pantaleonita, & Ottone à S.  
 Blasio coævis) neque ab ipsomet Philippo,  
 neque successoribus unquam vindicato. *JU-  
 STITIA §. XXVI.* Non subfuit Henrico  
 à Mullenarck sæculo XIII. ineunte, senten-  
 tiâ contra Comitem Isenburgium ob cædem  
 S. Engelberti I. per Petrum Mersæum Cra-  
 tepolium, scriptorem ex sæculo XVI. igno-  
 ranter Henrico affictâ. *Justitia §. XXVII.*  
 Denique non subfuit Conrado Comiti Hoch-  
 stättano episcopo circa medium sæculum  
 XIII. *Justitia §. XXVIII.*

§. XXXIII.



§. XXXXIII. Richardus rex, electus Romanorum Imperator, per diploma ratam habet libertatem Ubio - Agrippinensem ab evocatione caesarea, magis episcopali.

**RICHARDUS** Romanorum rex . . . .  
 Nos dilectorum nobilium civium Colonensium . . . . privilegia . . . . vidimus & audivimus . . . . ipsis omnes libertates, eorumque jura, & privilegia . . . . justè & piè concessa, nec non & bonas & approbatas consuetudines, & honestas confirmamus eisdem . . . . adjicientes . . . . quod nec à Nobis, nec à successoribus nostris iidem cives debeant super aliquo crimine seu delicto ab ipsis infra **Coloniam** commissò ad alicujus querimoniam, vel instantiam, vel etiam propria auctoritate nostra sive successorum nostrorum extra muros Colonenses aliquatenus evocari.

**SECURIS N. CVIII. LIBERTAS** Ubio-Agrippinensis ab evocatione promanat ab episcopatu, docente cartâ Conradinâ ex A. **MCCXXXIX.** registrata §. IV. **CONRADUS** . . . . Cum per dilectâ Civitas Colonensis . . . . recognoscimus predictæ Civitati . . . . consuetudinem antiquam & juri consonam . . . . quod nullus civium Colonensium pro delicto, vel crimine infra & terminos ipsius Civitatis, qui dicuntur **Burban**, commissò, vel quod dicatur commissum

E 4

extra



*extra! Coloniam à Nobis vel successoribus nostris in jus vocetur.* Libertas ab evocatione, teste Conrado, est antiqua & juri consona, nostrâ sententiâ, ab Imperio, non à Conrado, promanans, per Richardum regem-Imperatorem tantum laudata, primitus nequaquam concessa, ab origine oppidi Ubiorum nata, Ottoni I. regi-Imperatori Sæculo X. substrata. Omnes diplomatis Richardini articuli ad regem-Imperatorem appellant.

§. XXXIV. Notamus duos, ALTERUM de munitionibus in episcopatu non erigendis, atque ALTERUM de civibus, ob debita episcopi non damnificandis, notamus libertates, à Conrado utique non indultas, indultas ab Richardo rege-Imperatore, atque inde ad libertatem ab evocatione, si non ab Ubiorum origine natam, saltem ab Imperio profectam, legaliter intulerimus. Episcopatus in Coloniam Ubio-Agrippinensem nullum habet profanum imperium, non civile, non criminale. Neque ad unum, neque ad alterum effectum libertatem ab evocatione concesserit episcopus. Immò si cartam Conradi ad libertatem ab evocatione episcopali torquere

quere



queere volueris, hoc solùm eviceris, cives  
 Ubio - Agrippinenses, extra muros, extra  
 burgibannum, & bannileucam, in loco rei  
 sitæ, actione reali pulsatos, rectè ad forum  
 Urbis, ad forum domicilii, provocare, aut  
 dialecticè insuper concluderis, civem de-  
 licti, extra burgibannum, & bannileucam  
 commissi, in foro criminis accusatum, in  
 vim episcopalis privilegii (ut asseris) de non  
 evocando ad iudicium Urbis jure recurre-  
 re. Dicimus pro intellectu: Passum car-  
 tæ Conradinæ *UNUM*: quod nullus civi-  
 um Coloniensium pro delicto . . . quod di-  
 catur commissum extra Coloniom, à Nobis  
 in jus vocetur. sonare privilegium de non  
 evocando episcopale. Passum *ALTERUM*:  
 Nos & successores nostri in palatio nostro  
 Colonia presidere debemus & ibi secundum  
 quod sententia scabinorum Coloniensium di-  
 ctaveit, judicare. sermonem esse Cæsa-  
 reum, à Conrado tantum relatum, ha-  
 bente intra Urbem salam, nullum pala-  
 tium.

§. XXXV. Fortassis libertatem Ubio-  
 Agrippinensem ab evocatione in causis cri-  
 minalibus concesseris, negatâ in civilibus,  
 diplomate Richardino de folis delictis lo-  
 quente:

E 5

quente:



quente: Richardi regis - Imperatoris inter-  
 pretem producimus Ruprechtum regem  
 ex A. MCCCIX. SECURIS N. XCIX.  
 libertatem Ubio-Agrippinensem in civilibus  
 ab Aulae Casareae evocatione usque adeo ap-  
 probantem. **Sir Ruprecht . . . Römischer  
 König . . . als . . . burgermeister  
 rath und andere burgere der Stadt  
 zu Cöllen . . . von klage . . . Rodolphs  
 von Zisicken unsers Cammermeisters  
 vor uns und des heiligen reichs hoff-  
 gericht geheischen, und geladen sein  
 . . . . und als desselven von Cölne  
 klare . . . . kundschafft vor uns getwe-  
 sen ist, von ihren wegen sulche gnade,  
 und freyheit, damit sie und deselue  
 statt zu Cöllen von römischen kayseren  
 und königen begnadet, und gefreyet  
 seint, vorbracht . . . . also haben wir  
 durch solche gnade und freyheit . . . .  
 die vurgem. heischung, ladung, und klage  
 genzlich und gar abgethan . . . . doch  
 also, wan es sach, das si der vorg,  
 unser Cammermeister vor uns, oder  
 seinet wegen ansprachen nit erlassen  
 wolte, das er dan in die statt zu Cöl-  
 len kommen, oder wir unsere Bots-  
 schafft dahin senden mügen, die obg.  
 büro**



bürgermeister rath und andere bürger  
gemeinlich, und sonderlich ahn dem  
hoffgericht vor dem scheffen daselbst  
zu Cöllen ahn zusprechen. Rudolphus  
à Zisicken regiae Camerae magister Ur-  
bem trahit ad iudicium Caesareum, non  
in causa criminali, trahit utique in civili,  
fortè ad pendendos menses Romanos. Urbs  
comparet, provocando ad libertatem ab  
evocatione. Ruprechtus rex causam re-  
mittit ad iudicium Curiae, intra Coloniam  
coram scabinis, aut per magistrum Came-  
rae, aut per legatos Caesareos agendam.  
Ecce libertatem Ubio - Agrippinensem ab  
evocatione imperiali in civilibus. **NEC**  
**INDE** intuleris, Urbem esse Curiae Burg-  
graviali, tanquam iudicio ordinario, sub-  
jectam. **NOVUM** non est, Augustissi-  
mum usque adeò, ex liberrimo arbitrio,  
se Concilio Caesareo Aulico, & Camerae  
Imperiali, Status suis Conciliis, se judi-  
candos dare. Quid vetaret, Urbem cau-  
sam, per magistrum Camerae motam,  
spontaneâ electione, praesidio burggraviali  
& scabinatûs sententiae, ad salvandam li-  
bertatem ab evocatione, substravisse? Omit-  
timus Ruprechtum regem legatos Colo-  
niam



niam non misisse, neque Rudolphum, coram scabinatu egisse.

§. XXXXVI. CARTA Richardina momentum suum haberet, si tempore magni interregni non emanasset. FABULAM interregni ad A. MCCLXXII. nobis obtrudunt scriptores Itali, Monachus Paduanus, Ricobaldus Ferrariensis, Benevenutus de Rambaldis, docente solidissimo GEORGIO CHRISTIANO GEBAUEREN in *Historia Richardi electi Romanorum Imperatoris Lib. III. N. III. pag. 476.* Historiographi Germani Ultramon- tanos secuti in eundem errorem lapsi, nos quoque in nostris lectionibus publicis, & scriptis (*RESPUBLICA Ubio-Agrippin. dissertat. histor. §. LXVIII.* hisce retractatis in passu) hanc in opinionem, factis Richardinis manifestè repugnantem, traxerunt. Facta nobis communicat, & documenta prælaudatus GEORGIUS CHRISTIANUS GEBAUEREN. A. MCCLVII. XXVI. Maji Richardus rex-Imperator civibus Coloniensibus præter alia, confirmat Immunitatem à teloniis. DOCUMENTO VI. in episcopalem Securim N. CVIII. relato.



lato, A. MCCLVII. XVI. Junii Abbatem  
 & Conventum Mullenbrunnensem in S.  
 Imperii protectionem recipit. DOCU-  
 MENTO VII. A. MCCLVII. die XIII.  
 Julii ratam habet infeudationem Comita-  
 tûs Namurcensis in usum Comitis Luxem-  
 burgici. DOCUMENTO VIII. A.  
 MCCLVII. XXVI. Aug. confirmat Abbati  
 & conventui Walckenriedensi, gratias &  
 libertates, à Divis Augustis concessas. Do-  
 CUMENTO IX. A. MCCLVII. VIII.  
 7bris probat omnes immunitates, liberta-  
 tes, jura, & privilegia Francofurtensia.  
 DOCUMENTO X. A. MCCLVII. VIII.  
 7bris. Sponsio Richardi de non extruen-  
 dis intra muros Francofordenses fortalitiis.  
 DOCUMENTO XI. A. MCCLVII. VII.  
 7bris diploma Richardi regis-Imperatoris  
 de non alienandis civitatibus Imperialibus  
 Francofordensi, Friedbergensi & Wetzlari-  
 ensi. DOCUMENTO XII. A. MCCLVII.  
 VIII. 7bris Richardus in casum ferendæ  
 contra se sententiæ Pontificiæ cives Wetz-  
 larienses à fidelitate liberos pronunciat.  
 DOCUMENTO XIII. A. MCCLVII.  
 VIII. 7bris Richardi promissio de non ex-  
 truendo fortalitio intra Urbem Friedber-  
 gensem, DOCUMENTO XV. Diploma  
 Richardi



Richardi ex A. MCCLVII. de VIII. Septembris, de non alienanda Urbe Friedbergensi. DOCUMENTUM XVI A. MCCLVII. XXVIII. 9bris confirmatio privilegiorum Ordinis Teutonici. DOCUMENTUM XVIII. A. MCCLVIII. XIV. Julii Wormatiensium. DOCUMENTUM XXIII. A. MCCLVIII. VI. 8bris Spirensium. DOCUMENTUM XXIV. A. MCCLIX. XXVI. Aug. Richardus spondet Ulricho Comiti de Wirtenberg confirmare feuda, a rege Henrico Thuringo, & rege Wilhelmo, prædecessoribus suis, concessa. DOCUMENTUM XXIX. A. MCCLIX. XXVI. 7bris ratas habet literas Friderici II. Imp. prædecessoris sui, liberantes Wormatienses à telonio Oppenheimensi. DOCUMENTUM XXXI. A. MCCLXII. legat Capellæ B. M. V. in Aquis Cleinodias. DOCUMENTUM XXXVI. Anno MCCLXII. XVIII. 9bris laudat Argentinsia privilegia Ottonis IV. Friderici II. Lotharii III. & Philippi prædecessorum. DOCUMENTUM XL. A. MCCLXII. XX. 9bris Urbem imperialem Tigurinam à proscriptione eximit, & S. Imperio asserit. DOCUMENTUM XLI. A. MCCLXII. XXI. 9bris Urbem Argentinensem in suam

am



am & Imperii tutelam recipit. DOCUMENTUM XLII. A. MCCLXII. Confirmatio jurium & consuetudinum Basileensium. DOCUMENTUM XLIII. Anno MCCLXV. Burnhamensium monialium. DOCUMENTUM XLIX. A. MCCLXVIII. XX. 7bris Joannem ducem Brabantiae & Lotharingiae ducatu investit. DOCUMENTUM LI. A. MCCLXIX. XX. Aprilis consulibus Wormatiensibus exactiones prohibet. DOCUMENTUM LII. Actus summum Richardi imperium evincentes, fabulam interregni manifestantes.

§. XLVII. Anno MCCLXXII. XX. Maji cum Richardo rege - Imperatore se conföderant Ubio - Agrippinenses contra Engelbertum II. Coloniensium Archiepiscopum. Damus diploma: *Richardus DEI gratiâ Romanorum rex . . . . . Cum à nostræ creationis exordio Cives Colonienses, dilectos fideles nostros, ad omnia nostra beneplacita promptos invenerimus . . . quemadmodum prædicti cives nostris per eorum patentes literas promiserunt fideliter adhaerere, si, quod absit venerabilis Engelbertus Coloniensis Archiepiscopus, dilectus princeps noster,*



noster, nobis tanquam suo Romano regi & Domino, ut tenetur, obedire & adharere processu temporis non curaret, aut conaretur pacem generalem turbare, sive injustis & indebita telonia & pedagia . . . presumeret exigere vel extorquere . . . contra corporale juramentum, ab ipso archiepiscopo super hoc specialiter, post suam liberationem, spontaneâ voluntate prestitum, temerè veniendo, Nos vice versa bona fide promittimus tenore presentium civibus Coloniensibus antedictis quod si predictus Archiepiscopus . . . . . contra pacem inter eundem archiepiscopum, & predictos cives Colonienses noviter reformatam, spreto hujusmodi juramento, injustè veniret, nos eisdem civibus per Nos, & subditos nostros Imperii favorabiliter assistemus. COD. DIPLOMAT. Ubio-Agripp. §. XL.

§. XXXVIII. Ex diplomate Richardino videmus libertatem Ubio-Agrippinensem ab evocatione episcopali in criminalibus, immò in civilibus ex rescripto Ruprechtii regis à caesarea. Ostendimus hic libertatem monetandi. Hoc damus numos in veteri Germania non fuisse notos, potestate in nostra moneta Ubio-Agrippinensi







Urbe dativa, ad duos casus limitat, monetaria per conventionem initam inter Wilhelmum episcopum Colonensem, Wilhelmum ducem Juliae, civitates Ubio-Agrippinensem & Aquensem ex A. MCCCLVII. in pagum Rilensem extra muros fixa.

*Moneta Ubio-Agrippin. Dissertat historica §. IX.*

§. XXXIX. Libertas Ubio-Agrippinensis monetandi imbibit libertatem constituendi monetarios (hausgenossen) domus monetandi consortes, rei numariae custodes, & censores. Conradus textoribus & plebe homagio sibi devinctis, movet officii monetarios.

Do hie sy alsus zo eme gewan  
(die weber und den pöfel)  
ind reiches intsetzen hie began  
die creftig woren van huysgenosen  
hie wolde sy enterven ind intblosen.

*CHRONICON. fol. CCIV.*

Ubi ADVERTIMUS. Chronicon profaicum amotionem monetariorum in excessus refundere, nullo notato, minus probato.



bato. Sententiam exhibet Securis: Conradus . . . . sanctæ Coloniensis ecclesiæ archiepiscopus . . . . Sciant tam posteris, quàm presentes, quod nos, cum à monetariis Colon. qui huyßgenossen nuncupantur, multiples requireremus excessus, ipsi prudenter sententiæ calculum prævenientes, se & quidquid juris habebant . . . . in officio, quod vulgariter dicitur Huyßgenossenschaft, seu custodia monetæ . . . . potestati nostræ simpliciter, & de plano submiserunt, & expressè promiserunt, quod quidquid super præmissis ordinaverimus, statuerimus, seu sententiaverimus absque contradictione qualibet inviolabiliter observabunt. Et ad majorem certitudinem omnia privilegia & munimenta . . . . in manus nostras publicè resignârunt . . . . His ergò omnibus solenniter expletis . . . . eorum privilegia . . . . nullius momenti invenimus multiplici ratione, quæ si essent omni exceptione majora, eis multipliciter abutendo, monetariorum officio seu huyßgenossenschaft penitus se reddiderunt indignos . . . . Quare . . . . omnes monetarios, qui vulgariter huyßgenossen dicuntur, propter eorum manifestos excessus à monetariorum officio, quod huyßgenossenschaft

F 2

schaft



*Schafft dicitur, & moneta custodia amove-  
mus, nec non magistros moneta, & eum,  
qui dicitur Prûvere ab eorum officiis simi-  
liter amovemus, & feuda qua habebant  
ratione dicta moneta abjudicamus, singulis  
& universis, Nobis & successoribus nostris  
jus monetarios, seu huyßgenossen institu-  
endi, nec non, cum excefferint, removendū  
in perpetuum reservantes . . . . Actum . . .  
nono Kalend. Aprilis Anno Domini millesi-  
mo ducentesimo quinquagesimo octavo. SE-  
CURIS N. LXXI.*

§. L. Ubiopolis ab ortu pollet sum-  
mo imperio, summa potestate in suos prin-  
cipes, primi, secundi, & tertii ordinis,  
pollet summo in plebem, centenos ex ple-  
be comites. Colonia Ubio-Agrippinensis  
ab Agrippinae patrocínio eodem imperio,  
eadem potestate gratiosa, gratiosa veteri-  
bus Francis, ab hac ripa sedentibus, &  
Carolingis clavum tenentibus, in comi-  
tes, principum succedaneos, in succeda-  
neos plebis & centenorum comitum sca-  
binos. Ubiopolis, Colonia Ubio-Agrip-  
pinensis, à periodo Ottonis I. Imp. à pe-  
riodo arrogationis ex A. DCCCCXXXVI.  
imperium summo minus, summâ minorem

po.



potestatem tenet in rectores, iudices, magistros civium, in burggraviium, comites, advocatos, scabinos, & universos cives Colonienses. Tenet potestatem summa minorem, summo minus imperium, in monetarios, quâ cives, à Concilio lectos, auctoritate summâ minori monetantes, ab Urbe habentes monetariam. Quo titulo Conradus imperio, potestate, à nullo antecessorum sibi arrogatâ, in monetarios, ab Urbe monetandi curâ & numismatis custodia donatos, usurpavit? Titulo indignationis, ex devaluatione denariorum episcopaliū, monetariis accurantibus elicitâ, conceptæ, obtentu tædii, ex laudo Hugonis & Alberti, monetariis urgentibus provocato, extorti.

§. LI. EXCESSUS monetariorum, & abusus privilegii monetandi sententiam Conrado expresserunt. SENTENTIAM insanabili nullitate infectam, sinè imperio, sinè potestate, jus in monetarios dicendi, protrusam. Exercitium monetandi Ubio-Agrippinense non est à Conrado, est ab Urbe. Potestatem destituendi (nisi aliam causam conservativam supponas) pendere à potestate instituendi trivialis juris est.

F 3

Con-



Conradus monetarios amovet ab officio & monetæ custodia, nullius nomine expresso, amovet ob multiplices excessus, nullo manifestato, amovet contra præscriptas in criminalibus & fiscalibus regulas. **MONETARII** Conrado simpliciter & de plano se & quidquid juris habebant submiserunt. **SI SENTENTIA** verum dicat, potestati Conradinæ exoticæ injuriâ se, exercitium monetandi ex concessione Urbis precarium nulliter subtrahere. Resignaverint instrumenta de monetandi exercitio in manus Conradi, non resignabilia nisi in manus Urbis, unde promanarunt. **CONRADUS** privilegia monetariorum invenit nullius momenti multiplici ratione. **NE VEL ULLAM** aperit. Nulla ullius excessus ratio reperibilis est, monetarios privilegio indignos declarandi, Monetarii monetariam meruerunt, monetam puram custodiendo, accurando devaluationem numi XL. Conradini, à liga Urbis desciscentis, sollicitando laudum Hugonis & Alberti. Si monetarii exercitium monetandi in feudum habebant à Conrado, ubi investitura episcopalis, ubi reversales vasallorum? Conradus in imperium, in potestatem urbicam monetandi summâ minorem involat, jus mone-



monetarios instituendi, amovendi, sibi arrogando. **CONSECTARIVM**: Potestas monetandi intra moenia, instituendi domûs monetalis consortes, magistros monetæ, censores, penès solam Urbem est, est potestas destituendi. Episcopus monetam in Urbe dativam duobus duntaxat in casibus cudit, cudit in pago Rilensi extra muros novos, fortè extra burgibannum. Nul- lum monetariæ Ubio - Agrippinensis ministerialem instituit, nullum destituit.

§. LII. Monetariis injuriâ exercitio monetandi exutis, Conradus quoque A. MCCLIX. decimo quinto Kalend. Maji (XVII. Aprilis) scabinos è sedibus scabinalibus ejicit, duodecim apprehendit, incarcerat, connivendo elapsos.

Do die huns genosen woren intsat,  
 Do intsatte hie die scheffen van der stat,  
 ind nam ir wapen, ind ir swert,  
 wo ein goit man sich mit erwert,  
 syne lude der bester zwolve veingen  
 die ander wenich dar entgeingen,  
 sy worden snel ind gereit  
 in her Gerarck des greuen huns geleit,  
 F 4 da



Da lagen sy je zwene tage  
 hoirt ein jemerliche sage  
 weder den weper her Geirlaich  
 ind Willem van der hunkgassen sprach  
 ind der vischer her Herman,  
 ind Everhart van Burneheim nochtan,  
 Busschhoff here laist uch geraden,  
 Doit dese fleiffen ind braden,  
 stillich die andere spraichen ind reiden  
 her Busschhoff here doit sy seiden,  
 off erdrenckt, ind sent so over see  
 so en hindert uch, noch uns neit me,  
 ouch wat eman da gesaichte  
 Der busschhoff manchis deinstes daichte  
 Den sy eme davor hatten gedain,  
 ind leis so stillichlichen intgain.

*CHRONICON fol. CCIV. pag. II.*

§. LIII. Sententiam nobis communi-  
 cat Securis N. XXIX.

*Conradus . . . . . Coloniensis ecclesie  
 Archiepiscopus . . . . . uniuersis literam hanc  
 visuris cognoscere veritatem . . . . . Quod  
 magistri civium, qui pro tempore fuerunt  
 in Colonia & scabini contra proprium jura-  
 mentum, temerè venientes, quosdam ex iis  
 bonis*



bonis suis spoliantes, alios captivantes, tam diu mancipatos vinculis detinebant, quousque voluntati suæ extitit satisfactum, & ne super his moverent querimoniam, vel facerent imposterum mentionem, juramento & aliis diversis pœnis & conditionibus prædictis, captivos nequiter astrinxerunt, præterea eidem magistri & scabini hujusmodi præsumptionibus non contenti, abusum multiplicem in vendendis & emendis quibuslibet, & maximè alimentorum rebus inducere propter quæstum suæ avaritiæ singularem, infantes pro suo libitu condemnare, fontes verò lucri vel pretii interventione salvare, justitiam pervertere, juvenes infra annos existentes discretionis ad officium scabinatus assumere, quosdam mediante pecunia eligere, & ad quæcunque illicita manus extendere, propriæ salutis & famæ immemores, præsumpserunt. De quibus omnibus existentibus adeò manifestis, quod ipsi magistri civium & scabini, personaliter eâ vice in judicio constituti, per nullas se poterant defensiones ullatenus excusare, petebant instanter consules, fraternitates, populus communitatis & generaliter tota universitas civium prædictorum, ut eis justitiam de præ-

E S

missis



missis debitam facere dignaremur. Nos itaque deliberatione cum nostris prioribus, & aliis ecclesie nostrae fidelibus habita diligenti, & attendentes, quod respublica civitatis in talium manibus iniquorum magistratum deperire deberet omnino, si diutius sustineretur ipsorum dominium, & quod pauperes plebei, immo generaliter, qui communitas appellantur, redigerentur ad nihilum per tantarum injurias pressurarum, Ludovico filio Theodorici de Mullen-gassen, hac vice magistro civium existenti, officium magistratus & omnibus scabinis, solo Brunone condicto Crantz, excepto, qui se bene habuisse in scabinali officio est compertus, quorum nomina in presenti tenore sententiae duximus annotanda, Theodorico videlicet Sapientis, Joanni de Lindtgassen, Ludovico de Mullengassen, Hermanno Comiti, Theodorico Gyr, Henrico de Mullen-gassen, Theodorico Grin, Gerhardo Scherfgen, Gerhardo de Lindtgassen, Matthiae de Oberstoltz, Joanni de Porta, Rygwino Grin, Gerhardo Gyr, Hermanno & Ludovico filiis Teodorici Sapientis & Danieli Oberstoltz officium scabinatus propter excessuum evidentiam praedictorum, quibus reddiderunt se  
inhab-



*inhabiles, & indignos, per sententiam diffinitivam abjudicamus, ipsisque officiis eosdem sententiando privamus . . . . . In cujus rei testimonium & munimentum perpetuæ firmitatis præsentem literam sigillo nostro, nostrique Capituli, nec non civitatis Coloniensis sigillis duximus muniendam. Testes aderant . . . . . in quorum omnium multitudine & audientia interrogari in palam fecimus & inquire, si omnes in hanc sententiam consentirent . . . . . & omnes vociferatione apertissimâ responderunt, quod ipsam sententiam approbarent . . . . . Actum & pronunciatum Colonia in palatio nostro quinto decimo Calendas Maji Anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono.*

§. LIV. Sententia, ob incompetenti-  
am imperii episcopalis profani in scabina-  
tum, vana & nulla. Concilia veteris Ger-  
maniae funguntur imperio in plebem, in  
centenos ex plebe comites, in illam per  
oppida, in hos per pagos, vicosque in  
realibus iudices. Plebis per oppida, in  
realibus iudicis, & centenorum comitum  
per pagos & vicos suâ epochâ reperimus  
scabinos succedaneos. Imperio in plebem,  
in



in centenos comites, in scabinos succedaneos, concilia veteris Germaniæ unquam cecidisse, nemo nobis solidè ostenderit. Oppidum Ubiorum, non minima veteris Germaniæ portio, imperio in plebem, in centenos comites, in succedaneos scabinos, gloriosum, sibi de summa potestate gratulatur usque ad Ottonis I. regis - Imperatoris thronum, ad Sæculi X. annum XXXVI. à sequiori tempore, à tempore arrogationis Ottonianæ, ex Sæculi X. A. XXXVI. potestate summa minori in hunc diem superbum. Quid de imperio episcopali profano in plebem Ubiorum, in Ubio-Agrippinensem, in centenos comites, in succedaneos suâ periodo scabinos, sentiendum? Veteribus Ubiis antè, & post C. N. Ubio-Agrippinensibus in Oppido imperantibus, Romanis, veteribus Francis, Carolingis ab hac ripa sedentibus, episcopale profanum imperium nulla historia, nulla diplomatica nos docet. Bruno I. frater Ottonis I. Regis - Imperatoris, Coloniensium, Ubio - Agrippinensium episcopus, nullum imperium in nostrum scabinatum sibi arrogare præsumpsit. Dicitur Ottonis indulgentiâ per Lotharingiam ducis officium gessisse.



gessisse. *JUSTITIA in conclus. resol.*  
 §. XXI. de imperio profano episcopali in  
 scabinatum nullum nobis apparet vestigi-  
 um, nullum de imperio successorum, Vol-  
 mari, S. Geronis, nec Warini, neque  
 Evergeri, episcoporum. Warino sedente  
 narratur Otto III. Romanorum rex episco-  
 patui omnes cujuscunque negotiationis uti-  
 litates addixisse, addixisse imperium. De-  
 monstrat *SERVITUS JURIS PUBL.*  
*Dissert. histor. §. VI.* Cartam esse oppidò  
 suspectam, suspectam cartam Ottonis III.  
 ad S. Heribertum episcopum Româ datam.  
*SERVIT. JUR. PUBL. §. XII.* S. Heri-  
 berti successores Piligrinus, Hermannus II.  
 S. Anno II. nullum sibi asserunt imperium  
 in scabinatum, Lamberto Schafnaburgensi,  
 & Reginhardo Sigebergensi de potestate  
 spirituali tantum loquentibus. *SERVIT.*  
*JURIS PUBL. §. XIII.* Successores S.  
 Annonis II. Hildolphus, Sigewinus, Her-  
 mannus III. Fridericus I. Bruno II. Hugo,  
 Arnoldus I. Arnoldus II. Fridericus II.  
 Reinaldus de Dassele (Sæculo ferè sede-  
 runt) nullo imperio in scabinatum poti-  
 untur. Sit per momentum successorem  
 Reinoldi Philippum Heinsbergium contra

*SER-*



*SERVITUTIS JURIS PUBLICI* dissert. nostram histor. §. XIV. mœnia Urbis ædicâsse, inde nulla nobis apparet sequela ad imperium episcopale profanum in scabinatum. Philippi successores B. Bruno III. Adolphus, Bruno IV. Theodoricus ab Heinsberg, S. Engelbertus I. Henricus I. à Mullenarck immediatus antecessor Conradi nullum imperium profanum in scabinatum vindicârunt. *CONSECTARIUM?* Attentatum Conradi episcopale imperium profanum in scabinatum Ubio-Agrippinensem contra potestatem Urbis summam ante Sæculi X. A. XXXVI. post contra summâ minorem, nullâ episcoporum antecessorum usurpatione apparente.

§. LV. *SENTENTIA* provocat ad laudum *SECURIS N. LXXVII.* editum, disponens: *Verum quidem est, quod summa potestatis & rerum tam in spiritualibus, quàm in temporalibus est domini Archiepiscopi, sunt tamen tam in spiritualibus, quàm in temporalibus sub ipso, & ab ipso iudices jurisdictionem habentes & officiiati, qui dicuntur magistri civium.* Ecce imperium episcopale profanum in magistros civium, iudices,



judices, in judices scabinos. *DATA GRATIS* & per momentum laudi legalitate, mox discutiendâ, arbitri produnt suum principium in ipso laudo §. *item ad hoc, quod aliquis civis &c. Dicimus:* quod in omnibus spiritualia sint sæcularibus anteponenda, depromptum ex Extrav. Bonifacii VIII. Extrav. *UNAM SANCTAM I. inter communes de majorit. & obedientia:* oportet temporalem auctoritatem spirituali subjici potestati. . . . Si deviat terrena potestas judicabitur à potestate spirituali. Extravagans revocata per Extrav. Clementis V. per Extrav. Meruit II. de privilegiis inter communes referente *CAROLO DE MEAN ad jus Leodiense obs. DXCIV. n. 3.* Si Extrav. *MERUIT* non pertineat ad Germaniam, saltem standum est doctrinæ *DIDACI COVARRUVIÆ ad Cap. Peccatum de R. J. in 6. p. II. §. IX. n. 5. vers. Tertio &c.* Potestatem principum temporalem spirituali ministrare, & exercendam esse pro Ecclesia, valente eâ uti, quoties necessaria sit, aut utilis spiritualis potestatis exercitio. Standum conclusioni *AUGUSTINI BARBOSÆ ad Extrav. Unam Sanctam Ecclesiam inter communes de majorit. & obed. n. 2.* Po-  
testa-



testatem ecclesiasticam procedere, quando id expediêrit ad ecclesiæ defensionem & ad bonum spirituale, ad finem ecclesiasticæ potestatis assequendum. Non videmus sententiam Conradi, scabinos sedibus moventem, ministrare potestati episcopali spirituali, non videmus servire ecclesiæ pro potestatis spiritualis exercitio, servire ad defensionem, ad bonum, ad finem ecclesiæ obtinendum.

§, LVI. Sententia Conradi contra scabinatum ex his nulla est ob potestatis profanæ indebitæ usurpationem, attentata contra Urbis imperium summo minus, aliis insuper nævis vitiata. FACTA in magistros civium & scabinos coniecta, sunt, Conrado narrante, ita manifesta, ut eâ vice personaliter in iudicio constituti per nullas se potuerint defensiones ullatenus excusare. FALSA Conradi narrata. Monetarii A. MCCLVIII. nono Kalend. Aprilis (XXIV. Martii) officiis moventur. §. XLIX. Monetariis motis, è sedibus scabinalibus eiciuntur scabini, Godefrido Hagenio utrumque factum combinante, nullum intermedium exprimente. Non est verosimile, historiâ



historiâ Godefridi stante , scabinos Anno MCCLIX. decimo quinto Kal. Maji. (XVII. Aprilis) priùs è sedibus pulsos. Proximus est veritati, à Conrado in A. MCCLVIII. sicut monetarios, ità scabinos officiiis privatos , paucis evadentibus , in carceres compactos , connivendo elapsos. Hac veritate ex historia Godefridi ostensâ, verum esse non potest, magistros civium, & scabinos A. MCCLIX. decimo quinto Kalend. Maji fuisse personaliter in judicio constitutos, utpote in A. MCCLVIII. corporaliter apprehensos, in carcerem missos, aut Urbe elapsos. Verum esse nequit, eos ad causam dicendam vocatos , inquisitos, delicta confessos, aut per testes convictos, nullo protocollo exhibito , nullis testibus productis, nullo documento, nullâ probatione, apparente. Frustrâ sententia provocat ad factorum evidentiam. Manifesta citra dubium fingeantur à textoribus, per episcopum concitatis , fingeantur à fæce plebis, contra magisterium civium, contra scabinatum conjuratæ. Convincit nos clausula finalis sententiæ: *Omnes unâ vociferatione apertissimâ responderunt, quod ipsam sententiam approbarent.* Vociferatio non cadit in moratos cives, propria est concitatis

G tatis



tatis textoribus, propria faci plebis conspirantis. PETEBANT instanter consules, fraternitates, populus communitatis & generaliter tota universitas civium. CONSULES petebant à Conrado ope textorum & plebis intrusi. Petebant fraternitates contra magistris civium, & scabinos, eosque consules, conspirantes, à Conrado concitatae. Petebat populus, ex fraternitatibus conjuratis, ex plebis face concretis. Petebat generaliter tota universitas SCILICET, magistris civium, scabinis, consulibus, aut in condemnationem rerum lapsis, aut incarceratis, aut ex Urbe proscriptis.

§. LVII. Divortium fecimus §. LV. à textu historico Godefridi Hagenii, demonstravimus ad historiam supplendam, incompetentiam imperii episcopalis profani in Urbe, perstricto articulo Laudi de summa episcopi potestate in temporalibus, hic persequimur arbitrarium positiones, de se etiam legales & rationabiles, ob potestatis episcopalis profanae indebitum, nullas & irritas. Sunt legibus conformes & rationabiles Laudi articuli: De minorennibus, illegitimè natis, nisi legitimatis, de criminosis,

nos,



nosis, in scabinos non eligendis. De sca-  
 binis non eligendis pretio, nec pacto.  
 De scabino obligato ad se judicem exhi-  
 bendum. Sententia in causis minutis non  
 suspendenda. Non judicando de rebus &  
 personis ad forum ecclesiasticum pertinen-  
 tibus. Vicariis iudicibus, sub præsidio  
 burggravii & advocati, per sententiam sca-  
 binorum amovendis. Dilationibus coram  
 episcopo non quærendis. De nominante  
 in casu delicti innocentem puniendo secun-  
 dum sententiam scabinorum. Compositi-  
 one causæ cum iudice & actore approban-  
 da, salvo scabinorum jure. Non eligendis  
 scabinis nisi ad sedes vacantes. Non re-  
 vocandis sententiis scabinorum pretio. Ut  
 minor pars scabinorum majorem sequatur.  
 De iudicibus primæ instantiæ non iudica-  
 turis in secunda. Fastu in conviviiis sca-  
 binalibus abolendo. Delicto judicando à  
 valente punire. Magistris civium nec  
 prece, nec pretio; neque affectu sangui-  
 nis aut affinitatis eligendis, eligendis reip.  
 utilibus. Idem de aliis officialibus. De  
 eligendis magistris fraternitatum ad com-  
 pescendos insolentes. Monopolio tollendo.  
 Debitore incarcerato, per sententiam sca-  
 binorum assignando creditori post tem-



pus statutum. Hominibus episcopi per  
 cives arrestabilibus & convenibilibus judi-  
 cio reali coram iudicibus burggravii & ad-  
 vocati. Non defendendis iniustis. Ser-  
 vandis terminis stapulæ. Servanda inte-  
 gritate pacis. Restituendis spoliis per spo-  
 liatores. Tenendis promissis episcopalibus.  
 Teloniis indebitis non exigendis. Et siqui  
 id genus sunt alii. DICIMUS hos arti-  
 culos arbitratorum ex legibus communibus,  
 neutiquam ex laudo, utpote nullo, Ur-  
 bem & scabinatum obligare. Concludi-  
 mus nullitatem laudi ex nullitate man-  
 dati ad compromittendum. Nullus ex  
 octo mandatariis mandatum recepit. PRI-  
 MUS Hermannus magister civium tem-  
 pestate mortuus §. XXXII. SECUNDUS  
 Petrus Judæus Ariopolin in captivitatem  
 abstractus. §. EOD. TERTIUS Her-  
 mannus Comes in personæ & rerum sua-  
 rum condemnationem incidit. QUAR-  
 TUS Gerardus Scherfgen à Conrado  
 ejicitur è sede scabinali. §. XXXIII.  
 QUINTUM Wilhelmum ab Aduct ju-  
 dicamus Ariopoli sedisse captum §. EOD.  
 SEXTUM Godefridum Hardefaust Con-  
 radus recenset inter cives proscriptos. §.  
 XXXII. SEPTIMUS Gerardus Over-  
 stoltz



stoltz & OCTAVUS Wernerus ab Horreo, Ariopoli incarcerati. §. XXXII. Ecce à nullo mandatariorum mandatum receptum.

§. LVIII. Ex nullitate mandati fuit nullitas compromissi, ab octo mandatariis, (ut falsò narratur SECURIS NUMERO LXXVI.) juramento firmati. Finguntur iudices (magistri civium) compromisisse. Anno MCCLVII. magistri civium erant Hermannus mandatarius, & Ludovicus à Mullengassen. De fatiis Hermanni non constat ex historia. De Ludovico è magisterio civium expulso testis est §. XXXV. Finguntur compromisisse scabini. §. EOD. recensiti, Theodoricus Sapiens, Joannes de Lindgassen, Ludovicus de Mollengassen, HERMANNUS COMES, Theodoricus Gyr, Henricus de Mullengassen, Theodoricus Grin, GERARDUS SCHERFGEN, Gerhardus de Lindgassen MATTHIAS OVERSTOLTZ, Joannes de Porta, Rygwinus Grin, Gerhardus Gyr, Hermannus & Ludovicus filii Theodorici Sipientis, & Daniel Overstoltz è sedibus scabinalibus per Conradum pulsi. Finguntur compromisisse cives universi, plu-



rini profugi, è fuga retracti, proscripti, in  
 carceres detrusi, *cæteri* textores, Con-  
 rado homagiales, cum plebis fæce. §.  
 XXXVI. Hermannus Comes, scabinatu  
 motus, ob repudiatum mandatum, ob re-  
 futatum compromissum, in rerum & per-  
 sonæ condemnationem incidit. §. XXIX.  
 Matthias Overstoltz ob rejectum manda-  
 tum, ob compromissum, munere scabinali  
 exuitur. §. XXXVI. Ob rejectionem  
 mandati, reprobationem compromissi, Hen-  
 ricus Rufus de S. Pantaleone, Joannes de  
 Niderich, Joannes de Lindgassen, Fride-  
 ricus Schachten, Henricus Hartfaust, Ger-  
 hardus Byrtelm, Hildegerus Buckelem,  
 Godefridus Hartfaust, Gotscalcus filius  
 Waldaveri, Gotscalcus de Wipperfürde,  
 Gotscalcus Kleingedanck, Theodoricus  
 Sapiens, Henricus de Mullengassen, Go-  
 defridus Kleingedanck, Theodoricus Gryn,  
 Wernerus Unckelen, Bruno dictus Co-  
 ven, & Hermannus frater ejus, Gerhar-  
 dus de Lindgassen, Hermannus de novo  
 foro, Simon frater ejus, Theodoricus  
 Ratzen, Bruno de Rosse, Alexander fra-  
 ter ejus, Alexander dictus Judæus, Con-  
 stantinus filius Walcelini, Daniel dictus  
 Judæus, & alii. Gotscalcus Vetschalden,  
 Hen-



Henricus dictus de Hame, Gerhardus dictus Buckelm. Item quidam armis accincti in captivitatis vincula missi. §. XXXVI. Quis sensatus his in circumstantiis auderet dicere, Judices, scabinos & universos cives in arbitros compromississe, nisi conjuratos textores cum plebis face universos cives cupiat prædicare.

§. LIX. Ob mandati refutationem, ob compromissi repudiationem, à iudicibus, scabinis, optimatibus factam, collabuntur laudi articuli, de se licet legales, & rationabiles, à potiori ruunt illegales, libertatibus & observantiæ Urbis contrarii. De imperio episcopali profano in Urbe. De iudicibus burggravii & advocati (vicecomite, sculteto) per episcopum amovendis. De scabinis, in eligendo negligentibus, per episcopum ad electionem compellendis, De magistris civium jurantibus observantiam definitionum episcopalium in profanis. De carcere episcopali profano in Urbe. De usuris, perjuriis, adulteriis ad pœnas profanas per episcopum condemnandis. De novis statutis episcopo requisito condendis. De foederibus contra episcopum non pangendis. De recursum



fraternitatum & popularium in profanis ad episcopum. De collectis & redditibus recipiendis, & computandis. De falsis denariis reprobandis ab episcopo. De querela contra magistros civium in profanis ad episcopum deferenda. De numero officialium in parochiis non augendo. De non eligendis magistris civium pretio. De clericis vinariis in immunitatibus non prohibendis. De abusu viarum publicarum. De cognitione: an causa sit ecclesiastica episcopo data. De inquisitione & iudicio episcopi contra excessus civium. De creditore centum marcarum in domibus parochiarum non valente agere ad quinque & quinque. De episcopo quâ summo iudice & domino Urbis conductum & treugas dante. De moneta, ab episcopi nunciis custodienda. De argento solis campforibus episcopali- bus vendendo. De iudæis ad] Cameram episcopalem pertinentibus. De quæstione circa munitiones non erigendas non pertinente ad cives. De non statuendo per Urbem quidquam circa pretia victualium. Et siquæ sunt alia.

§. LX.



§. LX. Nullum est episcopi profanum imperium in Urbe per §. LV. nullus imperii effectus. Nullus amovendi iudices Burggravii, iudices Comitum inferioris Regionis, Aquilini, vice-comites, nullus amovendi iudices Advocati, Abbatis Pantaleonitici, præpositi Severiniani, scultetos. Nullus compellendi scabinos in eligendo negligentes ad electionem. Nullus cogendi magistros civium ad observantiam definitionum episcopaliū profanarum. Nullus carceris profani in Urbe. Episcopus non infligit pœnas temporales adulteris, usurariis, perjuris. Non influit in nova Urbis statuta. Non prohibet iure fœdera contra ecclesiam, potestate suâ abutentem. Fraternitates, & populares injuriâ recurrunt in profanis ad episcopum. Non stant sub episcopi potestate collectæ & redditus Urbis. Non stant denarii Ubio-Agrippinenses. Non stant magistri civium. Nullo iure episcopus vetat augere numerum officialium. Electiones magistrorum civium pretio prohibet lex communis, ab Urbe sequenda. Clericos vinarios, in immunitatibus etiam, perstringunt sacri Canones, per Urbem exequibiles. Cura viarum publicarum pertinet

G 5

ad



ad Urbem. Quæstio: an causa sit ecclesiastica? per arbitros eligendos est discutienda. Excessus civium profani non subjacent inquisitioni episcopali, nec iudicio. Lex repellens creditorem ad centum ab agendo in quinque & quinque civilis est, episcopo per Urbem indebita. Episcopo, ut non summo iudici, ut non domino Urbis, non debentur treugæ, non debetur conductus. Moneta Ubio - Agrippinensis non est episcopi, non est custodia. Emptio argenti, solis campforibus episcopi addicta, monopolium est, commercia turbans. Judæi conductu Urbis fruebantur. Urbs pertinet ad cives, pertinet securitas publica, pertinet cura avertendi munitio- nes exteras. Pretia victualium figere Pollicites est, Urbi incumbentis.

§. LXI. Imperium Ubiorum, imperium Ubio - Agrippinense, profanum ex statu veteris Germaniæ ante C. N. ante episcoporum ortum, dimanans, secutis ævis continuatum, non videmus ab ullo episcopo per X. sæcula, & quod excurrit, infestatum, non reperimus ab ullo Conradi successore vindicatum. Concilium Ubiorum, Ubio - Agrippinense, insignis Ger-



Germaniæ antiquæ portio, imperabat suis principibus, principibus ordinis PRIMI, Concilii præsidibus, SECUNDI præsidibus plebis, TERTII centenorum comitum ex plebe. Imperabat plebi, & centenis comitibus. Imperabat imperio personali & reali, imperio mixto & mero. Imperat suis periodis, iudicibus, rectoribus, magistris civium, succedaneis principum PRIMI ordinis, imperat comitibus (hic & nunc à burgo burggraviis) principum SECUNDI per oppida, per civitates, TERTII per pagos, vicosque sedes tenentibus. Imperat scabinis munere plebis per oppida, munere centenorum comitum per pagos, & vicos fungentibus. Nullo episcopo imperium vindicante. Veteris Germaniæ principes PRIMI ordinis eliguntur à Conciliis, eliguntur SECUNDI & TERTII. Principatus SECUNDI & TERTII ordinis, burggraviatus, comitatus, tolerante Urbe, paulatim fiunt hæreditarii, manente vinculo civico, stante juramento ejurato Civitati. Scabini per Urbem veterem, per novam, per comitatus inferioris regionis, & aquilinum, per pagos, Pantaleoniticum, & Severinianum, per pagos Gereoniticum & lapidis  
Aqui;



Aquilini, à scabinatibus eliguntur (de alto scabinatu testis est Conradus episcopus §. *Dissert. XI.* de aliis plena sunt sunt protocolla) eliguntur Concilii indulgentia cives & subditi. Quo juris colore episcopus iudices burggravi, comitum, vicecomites, Abbatis S. Pantaleonis, præpositi S. Severini & advocati scultetos, haberet sub suo imperio profano? Nullo influxu episcopali in burggraviatum, in comitatus, in advocatias, in præsidium abbatis, præsidium præpositi, in nullum scabinatum apparente. Quâ arrogantia coget Urbem & magisterium civium ad observantiam definitionum episcopaliū profanarum, Urbe per S. Cæsaream Majestatem imperio summo minori gratiosa. Recolimus nostram conclusionem: Episcopus nullum habet profanum imperium in Burggraviis, in Comitibus, nullum in Advocatos, nullum in præsidia Abbatis, nec Præposituræ, nullum in scabinatus, multo minus in magisterium civium, in Urbem.

§. LXII. De reliquis laudi articulis ita est habendum: Carcer profanus est Urbis. Anno MCCCXXI. Urbs incarcerat Joannem Pap. *Ego Pap filius Godofridi*



*defridi Schaphusen notum facio . . . . .*  
*quod unà cum predicto Godefrido . . . de*  
*captivitate mea . . . . . Urvedam feci. CO-*  
*DEX Diplomati. §. LXXIV. ANNO*  
*MCCCLXX. Urbs in carcerem compin-*  
*git Goddardum à Wevelchhoven Capella-*  
*rium episcopi. Ich Goddart van We-*  
*velchhoven Reppeler ind Canonich in*  
*deine Doneme zu Coelen down kunt,*  
*. . . . . dat, want . . . die burgermeis-*  
*ter, der rait, ind die burger . . der*  
*Statt van Colne mich loß, ledig, ind*  
*quitt gelaißen havent usß dem gevenck-*  
*nüß . . . . so bedancken . . . ich mich*  
*des sonderlichen . . . . ind bekennen*  
*. . . . dat ich . . . . enne . . . . guede*  
*urvede gedain. CODEX DIPLOMAT.*  
*§. XCIX. ANNO MCCCXCVI. Rembol-*  
*dus Scherfgen, alti scabinus incarceratur.*  
*COD. DIPLOMAT. §. CX. ANNO*  
*MCCCCXXIII. Wernerus Overstoltz*  
*vice-comes. COD. DIPLOMAT. §. CLII.*  
*Hachta, potiùs Hafta, non est carcer epi-*  
*scopi. ADVOCAT. Dissertat. histor. §.*  
*IV. & V. Episcopalis potestas est merè*  
*spiritualis, abutens jurisdictione profana in*  
*Urbe. SENTENTIA CAMERÆ IMP. II.*  
*ex A, MDCCXLIX. art. IV. Nulliter in-*  
fligit



fligit poenas pecuniarias iudicio violentiarum per *SENTENTIAM CAMERÆ IV. ex eod. A. art. II.* Nulliter adulteris, usurariis, perjuris. Episcopus ne minimum quidem influxum habet in Urbis statuta, leges, ordinationes: Sub imperio Friderici I. Imp. A. MCLIX. Rectores, iudices, & totus populus Coloniae statuunt, ne ullus magister aut officialis mutetur per decem annos. *CODEX Diplom. §. III.* sinè ullo episcopali concursu, Fridericus II. Imp. teste Henrico Coloniensi electo omnes consuetudines scabinorum, civium & civitatis probat. *CODEX DIPLOMAT. §. XIV. ANNO MCCLXXXVI.* Syfridus episcopus spondet observantiam iurium, libertatum & bonarum consuetudinum Urbicarum. *CODEX DIPLOMAT. §. L.*

§. LXIII. Persequimur insubstantiam articulorum in laudo. *ANNO MCCXXXIX.* Urbs pangit foedus, Conrado armatâ manu assistendi ex libera voluntate, & mera liberalitate. *COD. DIPLOM. §. XVII. ANNO MCCLXIII.* Urbs se confœderat contra Engelbertum II. episcopum cum episcopis Leodiensi, Monaster



nasteriensi, Ultrajectensi, Osnaburgensi,  
 Mindensi, cum duce Limburgensi, cum  
 comitibus Geldriae Juliae, Cliviae, Luxem-  
 burgensi, & Marcano. *COD. DIPLO-*  
*MAT. §. XXXVII. ANNO MCCLXIX.*  
 Richardus Rex - Imperator spondet Urbi  
 suppetias contra Engelbertum II. episco-  
 pum. *COD. DIPLOMAT. §. XL. ANNO*  
*MCCLXXIII.* Rudolphus Rex - Imperator  
 confirmat Urbi contributiones, & accisias.  
*COD. DIPLOM. §. XLIII. ANNO MDI.*  
 Maximilianus rex mandat civibus & inco-  
 lis obedientiam, consulibus & concilio,  
 quâ legitimis superioribus, exhibendam.  
*COD. DIPLOM. §. CCLXXXII.* Epi-  
 scopus denarios in Urbe dativos tantum  
 cudit in duobus casibus, juxta ligam &  
 pondus præscripta, custodiâ penès mone-  
 tarios Urbis existente. Officiales eligun-  
 tur ab Urbe, à Concilio, à scabinis, à  
 fraternitatibus, episcopo non concurrente.  
*COD. DIPLOMAT. §. III.* Lex de eli-  
 gendis magistris civium sinè pretio non  
 est episcopalis, est communis ab Urbe  
 sequenda. Processus contra clericos vinas-  
 rios debitus est salutis publicæ civitatis,  
 libertati ecclesiasticæ non nocivus, ligans  
 ecclesiam. Concilii Ubio - Agrippinensis  
 est



est dominium summo minus Urbis, dominium viarum publicarum, debita cura civibus. ANNO MCCCCXIV. Theodoricus à Moerla episcopus & Urbs compromittunt in arbitros, definituros an causa sit ecclesiastica, an profana. *COD. DIPLOMAT. §. CXLIII.* sub auspiciis Jacobi de Croye episcopi Cameracensis Facultati juris intra Coloniam A. MDVI. potestate factâ *CONCORD. ex A. MDVI. §. II.* Annis MCCXLIX, & MCCLI. Comitibus Adolpho Montensi, & Wilhelmo Juliacensi, Conrado episcopo sedente, Urbs promittit conductum. *COD. DIPLOMAT. §. XXV.* ANNO MCCLI. ducem Lotharingiæ conducere spondent cives. *COD. Diplom. §. XXIX.* Præterimus hic conductus Urbis civiles & criminales in *Advocat. Dissert. histor. §§. LV. LVI.* ostensos. ANNO MCCCXXXI. ad implorationem Henrici à Virnenburg episcopi Coloniensis Urbs recipit judæos, & con-  
ducit. *CODEX Diplom. §. LXXVI.* ANNO MCCCLII. Wilhelmus episcopus Coloniensis cum Urbe partitur bona judæorum, Colonia trucidatorum. *COD. DIPLOMAT. §. LXXXVIII.* Arti-  
culi



culi laudi non notati ob imperii episcopalis profani inexistenciam, ut nulli, sua sponte collabuntur.

§. LXIV. Post fata scabinorum amotorum progredimur ad novorum intrusionem.

Da sy gerunden die statt,  
worden nuwe scheffen gesat,  
nu hoirt vort, ich sal uch numen,  
Geirlaich den wever, ind Coirait Blum  
men,

Lewe den Bischer, ind Hermanne  
den Keilsticher, Monich, ind Johanne,  
ouch was ir ein der bruter bode,  
ind Tilman der becker, by Gode,  
her Willem van der hundesgassen,  
en weirt neit funde, ich solde it hassen,  
dat van Coelne die hilge stat  
mit sulchen eselen was besat,  
men do an eyne esele eins lewen hut,  
hie creirt doch eins esels lut,

H

do



Do ir schive louffende wart,  
 ain were ir sulch van esels art,  
 sy daden maichen pauwin hude,  
 do in ir dinck ergeinck zo goide,  
 ind gebeirden vil heirliche,  
 sy beschatten arm ind riche  
 me dan davure were sede,  
 ind deilden dem Busschove mede  
 als sy ein ordel solden sagen,  
 sy begondis den Busschoff vragen  
 wat sy darumb sagen solden,  
 dat syz bleven in synen hulden,  
 dat daden sy kurt umb dat,  
 sy vorten ummer syn intsat,  
 ind daden, wat der Busschoff wolde,  
 dat sy beheilden syne holde,  
 sus verlois Coelne diese hilge stat,  
 sonder darna scheffen worden intsat,  
 ire vryheit, ind menche guede seden,  
 ind hait menchen kummer geleden,  
 ouch synt sint menche ding gedreven,  
 Die tusent valt besser weren bleven,

so



so myr Got, de mich geboit,  
 id is mennich goit man bleyen doit,  
 van ritteren ind van landes heren,  
 die leven moichten noch myt eren,  
 weren die gude lude bleyen  
 in Coelne, die us worden verdreven,  
 wat van goeder art wirt gevoit,  
 dat blift barmherzÿg ind goit,  
 want van goeder art geschleichte  
 en syt neit gerner dan dat reichte,  
 so wist, dat weder dat neit so suyr  
 in is, as van arde ein gebuyr,  
 wan e dat hie upstigende is,  
 hie is gyr ind valsch, des syt gewys,  
 Coelne blifstu den bevolen,  
 du soldes menchen laster dolen,  
 nachtan dat neit is an dem bein,  
 der hunt wilt it doch hain allein.

*CHRONICON COL. fol. CCIV. p. II.*

GLOSSÆ: Seden gewohnheit. gevoit  
 erzogen. Suyr lastig. gebuyr  
 baur. dolen ausstehen.

H 2

§. LXV.



§. LXV. Fidem de intrusis novis scabinis nobis facit sententia Conradi **NUMERO SECURIS LXXIX.** edita. **CONRADUS . . . .** Coloniensis ecclesie Archiepiscopus . . . . Cum . . . . ex parte civium Coloniensium universaliter de Judicibus, seu magistris civium & scabinis querulantium tantis ad aures nostras, & tanta amaritudinis clamor pervenerit, & querela communis, quod supersedere nequimus, juris necessitate cogente, quin propter ipsorum tam Judicum, quam scabinorum excessus multiplices, manifestos & graves, in iudicio nobis propositos publice contra ipsos, & de quibus se per nullas defensiones legitimas poterant excusare, procederemus. Nos ad depositionem ipsorum necessario oportuerit his diebus venire, & ipsos à suis officiis sententialiter amovere, solo Brunone Crantz excepto . . . . Ecce ne Civitas ipsa Coloniensis defectum iudicii & justitiæ propter iudicum & scabinorum carentiam diutiùs patiatur . . . . Gerhardum de Sandkaulen, Ricolfum Grein, Theodoricum filium Oberstoltz, Henricum de Wassenburgh, Theodoricum de Ponte, Joannem de Rilen, Gerlacum & Conradum fratrem ejus, Waldaverum de Clorenge, Joannem de Rodenkir;



*kirchen, Bodonem braxatorem, Hermannum Sapientem, Iffridum, Theodoricum Beimwalton, Theodoricum de Kriegmarte, Johannem filium Wigmarum, Leonem de foro piscium, Henricum Thelonarium, Albertum Hoyr, Everhardum de Bornhaim, Wilhel- mum de Hundgassen, Henricum de Bergb, & Theodoricum de Bingen ad officium as- sumimus scabinatus cum ipsius universitatis consilio & assensu, ipsosque de dicto officio prout nostra interest, investimus, preno- minato Brunone Crantz in ipso scabinali officio permanente . . . . Actum & datum Colonia quinto decimo Calendas Maji Anno Domini Millesimo ducentesimo quinquagesi- mo nono.*

§. LXVI. Hæc sententia ostendit, ve- rum dicere nostrum Godefridum Hageni- um, Conradum præsumpsisse, amotis ille- galiter scabinis, substituere textores, pesca- tores, braxatores, pistores, &c. SEN- TENTIA producit ex familiis scabinos, ex Greiniis Ricolfum, ex Overstoltziis Theodoricum, ex Sapiantibus Hermannum, fortassis alios non mechanicos. PRODU- CIT à Conrado nominatos, investitos, & installatos, de investitura acceptata, de in-

H 3

stal-



stallatione facta, nulla historia, nullum do-  
 cumentum cantat. Esto investitos esse &  
 installatos ab episcopo. Non sunt investiti,  
 neque installati à Burggravio. Antiquis-  
 sima & notoria est observantia, cum burg-  
 graviatu nata, per Urbem placita, investi-  
 ri, & installari scabinos à burggravio, in  
 hanc usque horam transcripta. Conradus,  
 sæculo XIII. sedens, non erat burggravius,  
 burggraviatu sæculo XIV. ad ecclesiam  
 devoluto. HODIE commissarii episcopales  
 investituris & installationibus scabinorum  
 interfunt, juramenta recipiunt. INTER-  
 SUNT ut commissarii burggraviales, ut  
 commissarii comitum, ut advocatorum, ju-  
 ramenta recipientes, judiciis, scabinatibus,  
 præstita. Non est producibilis investitio-  
 nis, installationis, actus, in sæculo XIII.  
 per episcopum gestus. In radice vitiosa  
 est Conradi investitio, installatio scabino-  
 rum, ex sæculo XIII. per nullum episco-  
 porum antecessorum attentata. Scabinatus  
 in vetustissima est possessione eligendi sca-  
 binos. Testem habemus ipsummet Con-  
 radum episcopum §. XI. exhibitum. Quâ  
 facti & juris analogiâ Conradus, scabinis  
 illegaliter extrusis, intrusit textores, pisca-  
 tores, braxatores, pistores, & ex plebis  
 face



face scabinos, à scabinatu non electos?  
**QUA** facti fiducia episcopus elegisset sca-  
 binos, omnibus amotis, Brunone Crantz  
 excepto? **RECTE** Bruno Crantz non de-  
 positus jure sibi elegisset conscabinos, stan-  
 te sententia interpretum communissima:  
*Universitatis jus & nomen conservatur in  
 uno solo, si unus solus remansit de univer-  
 sitate. Licet enim universitas constituatur  
 ex tribus personis, si tamen deveniat ad  
 unum, licet unus non sit universitas, jus  
 tamen & nomen universitatis conservatur  
 in illo. NICOLAUS LOSSÆUS de jure  
 univers. Part. I. Cap. I. N. 30. & seqq. post  
 leges allegat. & Doctores.*

§. LXVII. Contemptâ per Conradum  
 hac Doctorum decisione, debitam puta-  
 mus Urbi reflexionem ad primorum scabi-  
 natuum statum ex veteri Germania dima-  
 nantem: Plebem per oppida, centenos co-  
 mites ex plebe per pagos, ex conciliorum  
 gratia munere judicum in realibus functos,  
 sua epochâ scabinos, plebis & centenorum  
 comitum succedaneos, ex beneficio Urbis  
 à scabinatibus electivos. Casum finge ex-  
 tinctorum per mortes, per amotiones sca-  
 binorum, nihil naturalius videmus, quàm



facultatem redintegrandorum ad concilia,  
 ut electionum fontes, refluere. Debitum  
 ex libertate Urbis proficiscentem refluxum  
 nobis commonstrat Fridericus Imperator  
 ex A. MCCCCLXVII. Wir Friederich  
 von Gottes gnaden Römischer Keyser  
 . . . ob sich begeben, daß der Greve,  
 schultheis, und die scheffen . . . sich  
 weigerten die gerichte zu besitzen, zu  
 richten, und urteil zu sprechen, oder  
 solches nicht thun dörrften, so sollen  
 burgermeister und rath der statt Cöl-  
 len . . . den gewalt haben . . . aus  
 iren rhatt, oder aus anderen iren er-  
 baren burgeren an der scheffen statt  
 andere Greven schultheis und scheffen  
 . . . zu erwehlen und zu erkiesen . . .  
 und gewöhnliche andt von in auffzu-  
 nehmen, die gericht zu besitzen, und  
 . . . zu richten, urthell zu sprechen . . .  
 in allermaßen ob die alle durch einen  
 Erzbischoven oder burggrauen zu Cöl-  
 len . . . eingefaszt oder geweltigt we-  
 ren . . . Geben zu der Newerstatt . . .  
 nach Christi geburt vierzehn hundert  
 und im sieben und seßzigsten. L. S.  
 CODEX DIPLOMAT. §. CCV.

§. LXVIII.



§. LXVIII. Processus Conradinus contra scabinatum multas miseras, cædes, incendia, rapinas, bellum intestinum, carceres, & exilia civium in Urbem invehit. In ecclesia ad albas dominas committitur homicidium.

Die reine Got van hemelrich,  
 du heisches Got der wonderlich,  
 want du leis menich ding geschein,  
 da wonder grois wirt ane gesein.  
 Nu hoirt, wilch wonder dat geschaich  
 up eynen hilgen paisch daich  
 zo wissen vrouwen in der kirchen  
 sathan began nuwe schande wircken,  
 want vischer sich do annamen  
 heirschaffe, ind zo scheffen donne qua-  
 men,  
 die vleischmenger daichten an iren moit,  
 sy weren besser, off als goit,  
 ind daichten ouch hirschaff erkringen,  
 sy en wolden neyman wichen, noch swia-  
 gen,

H 5

umb



umb eren overmoit geschaich  
 in der kirchen ein doitslaich  
 zo wissen vrouwen, dat manch man saich  
 up aynen guden paisch daich.

*CHRONICON fol. CCV.*

§. LXIX. Domus Brunonis Harde-  
 vuyft per plebem impetitur, incenditur,  
 diripitur.

Entusschen in, ind den besten van der  
 stat

die gemeinde alzemale umb dat,  
 in der hilger aventstunde  
 heren Bruyn Hardevuyft sturmen bes  
 gonde,  
 ind wonen eme syn huns aue,  
 des der goede man was ungewane,  
 want, wa hievor doitslaich geschaich,  
 den richen man darumb ane spraich,  
 neyman en dorste selve richten,  
 als man da saich van bosen wichten,

die



Die sich selve gerichtis ane namen,  
 Die bosen solden sich is ummer schamen,  
 Dat kome up sy dryssig quamen,  
 ind ein enich man under in gereden,  
 Die in dem sege ave streden  
 van Mommersloch her Lowich  
 ein burger wys ind lovelich  
 reit sy allein durch so mit schalle,  
 Dat sy myt schanden vluwen alle,  
 Do sy die vlucht hadden genomen  
 heren Bruyns vrunt die da waren kom  
 men

als Got selve sy eme zo helpen sande,  
 syn huys was intsticket myt brande  
 nachtan so vunden sy darbinnen,  
 die goit myt rove wolden wynnen  
 solch droich dat bett, sulch den pot,  
 Dat en leis neit ungewrochen Got,  
 sulch droich den haich, ind die brants  
 richten,

Dat irme live wart zo leide,

sulch



fulch droich bunt, ind dat gra,  
 ind leis al ir pant alda,  
 do sy it van danne solden dragen  
 sy worden up dem royve erlagen,  
 durch dat en sal sy neyman clagen.

*CHRONICON fol. CCV.*

**GLOSSÆ:** Sege sieg. insticket ange-  
 stoehen. royve raub.

§. LXX. Scabini immemores officio-  
 rum, in homicidium non inquirunt, tu-  
 multum non compescunt. Nocte ingru-  
 ente, pugnâ quiescente, præfigunt diem  
 concordiaë. Subdolo consilio Conradum  
 accersunt.

Die scheffen zo der zyt  
 en quamen nirgen an den stryt,  
 ain do der stryt al was gedain  
 ind an die nacht begonde gain,  
 sy quamen ind namen eynen vrede  
 ind eynen soinlichen daich damede,

da



Da en bynnen myt valschem rade  
santen so umb Busschove Coirait,  
dat hie als scheir, als hie vername  
ir boitschaff, in zo Coelne queme,  
da were geweist bynnen ein stryf.

Scabinorum erat in homicidium inquirere, & homicidæ, pro re nata dictare poenam, compefcere tumultum. VERUM est, Urbis esse, delinquentes apprehendere, primæ inquisitioni substernere, Burggravio tradere, iudicio scabinali criminali sistendos. URBS erat magistris civium viduata, & consulibus, optimatibus, aut in carceres raptis, aut fugâ elapsis, aut proscriptis. An Burggravius, ex comitibus Arensbergensibus, tempestati, attentatæ Conradi potestati cesserit (fortissima est præsumptio) nobis neque ex historiographia, neque diplomatica nostra constat. Hoc scimus, ad pessundandum merum Urbis imperium, per Concilium cum scabinatu ad effectum communicatum, appellatum esse Conradum episcopum, appellatum ad inquirendum criminaliter, ad sententiam dicendam, ad poenam dictandam,



dam, aut ad plebem concitatam fovendam.

GLOSSÆ: vrede fried. soinlich  
friedlich.

§. LXXI. Episcopus adventans in Urbem compellit cives nudipedes ad deprecationem in Sala faciendam, fontes cum infontibus multâ DC. marcarum puniendo.

Alsbalde der Busschoff dat vernam  
vil balde hie zo Coelne in quam,  
Der yene bleiff in synen holden,  
Die is myt schake kunden verschulden,  
Die ever neit en daden dat,  
Die verrunden eme die stat,  
Die sich des strydes neit an en namen,  
noch ney an den stryt en quamen,  
Der Busschoff was in also hult,  
hie gaff geliche in allen die schoilt,  
ain werent die besten van der stat,  
sy en gulden demyn neit umb dat

seis



seis hundert marc bezalen moisten,  
 van Coelne die edelsten ind die hoisten,  
 ind darzo besseren alza maile  
 harvonse dem Busschove up dem sale,  
 der gemeinden seiszen erflain,  
 ind veirzych irre zwey dusent jagen  
 saich man up ennen paisch daich,  
 da dese besserunge umb geschaich,  
 ind vunffzych worden ire gewont  
 zo der nemelichen stunt,  
 Got en feirt, ind will et anden  
 Coelne blift alsus in schanden,  
 id is gein sonder rait,  
 det schinet an mencher bofer dait,  
 we solde in rait off urdel geven  
 die gespoilt hain alle ir leven,  
 wie solden die Coelne bewarent  
 die vischere ind beckere woren,  
 ich mene ir sulch bas wissen sulde  
 we manich herynck ennen virlinck gulde.

*CHRONICON. Col. fol. CCV. pag. II.*

Episco-



Episcopus hic imperio Ubio-Agrippinensi iniquè abutitur, censet cives, impares solvendo exilio damnat. Multat innocentes, in poenam DC. marcarum cum nocentibus condemnando. Nobilissimos & optimates contra humanitatis leges ad deprecationem compellit. Abolet concilium privatum, antiqui regiminis basin. Surrogat textores, piscatores, pistores, braxatores, inaudito in Colonia facto.

GLOSSÆ: hoisten höchsten. sonder  
rait Concilium privatum, bas wol  
besser.

§. LXXII. Optimates in Urbe reliqui contra quatuor scabinos: Hermannum Piscatorem, Conradum Blumen, Albertum Hoger, & Everhardum Burnheim querelam ad Conradum deferunt. Contestantur cives & exteros contra leges & æquitatem cenferi. Juramenta scabinalia violari. Concludentes ad amotionem.

Herna die besten van der stat  
claden dem Busschove dat,

dat



Dat veir nuwe scheffen weren,  
 Die die stat hulpen interen,  
 zo untrons beschatten sy richen ind armen  
 sy en laissen sich neyman erbarmen,  
 zo Collene en maich men neit en bynnet,  
 Der dinge hie en gein begynnen,  
 id sy van schelden off van slain  
 sy machen uns des gudes ane,  
 id sy in veren, id sy in by  
 men mois it besseren weder sy,  
 here it is sonde, ind it is schande,  
 wat volx her in komet van dem lande,  
 id sy der arme oder der riche  
 sy brechent eme aff dopperliche  
 syn goit, als it up der velen were,  
 dyt richtet uns van in her Busschhoff here.  
 Der Busschhoff sprach, sal ich sy kennen  
 off van in richten, inen sal sy nennen,  
 here, wir nennen dir Bischer Hermant,  
 ind Coinrait van der Blunten dan,  
 dyt synt die, die stat verdumen,  
 alle die ich uch hie numen



Albrecht Hoyer, ind Everhart  
 van Burnehem, here myt der vart  
 sult ir der stede hude richten  
 van desen offenbaren wichten,  
 sy en sollen zo reichte neit scheffen bliuen,  
 die men offenbair meyndait syt dryven,  
 want sy meindedich sint ind versworen  
 haint sy eren schefendoym verloren,  
 der Busschoff sprach, ich bidden uch dat  
 ir

desen ovelmoit wilt geven myr,  
 want ich sy scheffen hain gesat,  
 so en were mir neit eirlich dat,  
 dat ich sy alsus leis intsetzen,  
 ich sal is uch anders wail ergezen,  
 here over ho, ind neder, ir sult uns rich-  
 ten

van offenbairren boisen wichten,  
 da en hilpt neit here ur gebeiden,  
 ire meindait willen wir vur uch bereiden,  
 dyt herden van Coelne al die geschleichte,  
 dat der Busschoff in richte na reichte,  
 sus



sus lut men sturme overal,  
 Der Busschhoff geinck zo gerichte sizen up  
 Den sal,  
 in der gueder sente Walburgen dage,  
 ind hoirte der guder lude clage,  
 die grois was, ind jemerlich,  
 Der Busschhoff bat en vort vur sich,  
 dat sy van der clagen leissen,  
 sy suldens weder in geneissen,  
 here men sal uns urdel geven  
 weder sy, off it kost unse leven  
 men sal wissen, war dat goit sy komen,  
 dat sy der stat ruslich ave haint genom  
 en,  
 do der Busschhoff eins urdels vragen,  
 dat solden de van des apthove sagen  
 ind geinck sich uns darup beraden.

*CHRONICON fol. CCV. pag. II.*

FAMILIÆ hac rebellione durante in  
 Urbe reliquæ implorant episcopum ut ju-  
 dicem, agnoscendo potestatem episcopalem

I 2

pro-



profanam. **FAMILIÆ** dejectis magistris civium, dejectis iudicibus, dejecto concilio privato, quæ regiminis Urbici basi, pulsus consulibus, exutis sedibus scabinalibus scabinis, non erant civitas. Si negotium, libertati civicæ contrarium gesserint, nulla in Urbem cadebat obligatio. Iudicia Coloniae hac tempestate cessabant momentaneè. Momentaneè iudiciis cassantibus licita est offensa naturalis defensio. Sed quid familiæ contra scabinos, contra torrentem plebis potuissent? Iudicia, dicimus, Coloniae cessabunt momentaneè. Familias premebat necessitas recurrendi ad episcopum viribus potentiorum, implorandi tutelam contra scabinos, injurios civium censes, perjuros, censuum publicorum defraudatores. Imploratio tutelæ in civitate non sua iudicem non efficit. An episcopus officio iudicis perfunctus est, scabinos libertatis civicæ oppressores tuendo, iniquitatem tolerando, immò approbando? Quis bonus civis injustum adeò episcopum appellasset iudicem.

§. LXXIII. Persequimur Conradi iniustitiam. Pendente consultatione cum curia Abbatiali de ferenda sententia, Herman-

man-



mannus Piscator, intrusus scabius, (episcopo utique instigante, aut non prohibente, immò ratihabente) excitat, concitat, plebem ad scabinis succurrendum contra optimates in Urbe reliquos. Plebe ad partes episcopi abeunte, venit ad arma.

Hoirt, wat die unnütze scheffen haden,  
 Herman der Bischer roiffen began.  
 Van irre weigen die gemeente an,  
 ir edele gemeente van der stat,  
 weynende clagen wir uch dat,  
 dat uns der stede kundige heren  
 willent entliuen ind interen,  
 want wir myt uch uns hain verbunden,  
 ind uch hain gehulpen zo allem stunden  
 weder sy, ind nummer uch en begeven,  
 als lange als wir immer geleven,  
 seit, wilt ir den zo staden stain,  
 die uch in paisch dage wolden erflain,  
 off wilt ir dem Busschhoff stain hude by,  
 seit snel, wat des ure wille sy.

I 3

mein



mein here wilt an urre syden  
 myt syner hant noch hude stryden  
 sy renssen myt groiffen schalle,  
 Dem Busschove wolden sy helpen alle,  
 Do die besten van der stat  
 van der gemeinden erhoirten dat,  
 Den wech benamen sy eme zomale  
 Der Busschoff wapende sich upme sale  
 sus leiff heim wert arm ind riche,  
 ind wapenden sich geliche.

*CHRONICON Colon. fol. CCVI.*

§. LXXIV. Ab iniustitiis Conradus de-  
 labitur ad mendacia, dolos, ad iniquos  
 carceres. Cives contra datam fidem cor-  
 poraliter apprehendit, extra muros abtra-  
 hendo, in carceres trudendo. Optima-  
 rum armatorum pars confederat ad Rhe-  
 num, pars ad S. Columbam, Conradus  
 armatis Rhenanis mentiendo persuadet,  
 Columbanos ad suas partes transiisse, hoc  
 dolo ad Salam tractis. Rhenani hac ve-  
 ritate intellectâ mittunt viginti ad Salam.  
 Epi-



Episcopus viginti ex his & illis corpora-  
liter apprehendit, Lechniaci Godesbergæ,  
& Ariopoli incarcerando.

Der Busschoff eyne behendicheit daichte,  
die hie dem proiste zo reichte saichte  
van sente Gereoin syne neven,  
verstant, wilchen rait ich dir geven  
nym myt dir van Bitenken Herman,  
ind Peter van dem Cranen dan,  
ind ryt van den besten zo der stat,  
myt gueden truwen rait in dat,  
dat sy myr coinlich in hant gain.  
als die van sent Columben haint gedain,  
weren sy en gein die des gestaide,  
dat man in an live off an goede schade,  
want die gemeinde is van der seden,  
dat hude ir dreyssich myt in streden,  
sy vluwen, als leiff als ir myr syt,  
des laist uns bliven sonder stryt.  
des voeren hyn dese dry  
zo der ryngassen reden sy,



sy vunden menchen werechtigen man,  
 die van Witetoven spreken began,  
 Doit noch hude unsen rait ir heren,  
 sus reden sy zo sent Columben  
 ind verleiden da die dummen,  
 sy sprachen weder sy, dat die heren  
 van ryngassen in hant gegangen weren,  
 dat sy ir dink wyslichen an feingen  
 ind myt in vur den Busschoff geingen,  
 men sulde sy anders verdryven  
 beyde an gude ind an liven,  
 Doit unsen rait, ir blift in eren,  
 geit snel myt zo unsen heren,  
 wir haint so versprochen weder in,  
 hei in sal uch schaden me noch myn,  
 vort komt up unse sicherheit.  
 ind wist, dat men uch neit en deit,  
 sus geingen sy myt in zome sale  
 ind beiden des Busschoffs alzemaik,  
 zo richß reden die dry weder  
 zo irme heren in ryngassen weder,



ir boden myt in weder quament,  
 van den sy die wairheit vernamen,  
 dat sy van sent Columben weren  
 in haint gegangen na irne heren,  
 hoirt wie sy do ir dinc ane yeingen,  
 zweilff koren sy uys, die myt in geingen  
 in gewalt Busschove Coirraide,  
 weis Got, hie dede in ungenade,  
 hie heilt ir zwenhych allzemail  
 myt eme gevangen upme sale,  
 veir der besten, die men kante  
 zo Coelne, darna hie sy sante,  
 bys eyman reicht worde gewar  
 zo Lechenich, Godensberch ind zo Arie,  
 do die anderen vernamen dat,  
 dat meiste deil voir us der stat,  
 sulche voeren in Nederlant,  
 da sy woren wail bekant,  
 die anderen voeren up den rijn,  
 da sy wysten den besten wijn.

CHRONICON Colon. fol. CCVI. pag. II.

I s

§, LXXV.



§. LXXV. Captivitates civium scabini complent crudelitibus. Cudunt compedes equinas, quibus bini & bini, ut equi, compedirentur. Compedes venenabant. Conradus scabinales ferocitates prævertit, captos Ariopoli carceribus mancipando.

Die scheffen woren guder seden,  
 sy daden perdis vesserer smeden,  
 eyne vesser zo zwen mannen,  
 da sulde men sy in als zweny pert spannen,  
 die vesserer daden sy fenynen  
 dat sy sy doden myt der pynen,  
 do sy sy mainden vesserer als pert,  
 do woren sy zo Are wert,  
 men daichte sy zo behalden zo irme un-  
 heile  
 ind worden in selven synt zu deile.

*CHRONICON. Colon. fol. CCIV.  
 pag. II.*

Immanitas nullo sæculo audita, nullo  
 inter Christianos. Liberos S. Impetii ci-  
 ves.



ves, episcopo in profanis non subditos, ad Urbem tuendam juramento devinctos, ad tuendam contra iniquos, civium & exterorum censes, juramentorum scabinalium violatores, perjuros, bonorum Urbicorum expilatores à concivibus, eodem sacramento obstrictis, compedibus vinciri, bestiarum adinstar. Eratne peccatum, compedibus dignum equinis, refutare receptionem mandati compromittendi in clericos, ecclesiæ juratos, & declinare compromissum de summo Cæsaris imperio in Urbe episcopo adducendo, & summo minori Urbi abjudicando? Eratne sententiam episcopi, è sedibus integros scabinos sinè imperio, sinè legali delictorum probatione, ejicientem, improbare? Scabinos, ut monebamus, iniquos civium & exterorum censes, perjuros, expilatores censuum publicorum accusare, ad amotionem agere? Adversus concives, attentantes publica Urbis jura pessundare, infringere antiquissimam scabinatum prærogativam scabinos eligendi, contra præsumentes scabinatus antiquos extinguere & novos sibi arrogare armis accingi? Potius erat scabinorum temeritas, justis armis vindicanda,

canda,



canda, plebem concitare, mentiri con-  
atum optimatum in scabinorum cadem  
(solum agentium ad indignorum amotio-  
nem) provocare ad foedus cum plebe  
contractum & arma episcopi.

§. LXXVI. Conradus profequitur  
attentatum imperium in Urbem & cives,  
Cives alios ob facinora (nullo expresso)  
alios ob violationem pactionum (nulla ma-  
nifestata) alios ob fugam proscribit, alios  
ex fuga retractos in carceres mittit com-  
peditos. Domos, mansiones, vel areas  
confiscat. Unam dimidiam sibi & succes-  
soribus addicit, unam Urbi adulando.

*Conradus . . . Coloniensis ecclesie Ar-  
chiepiscopus . . . . . notum facimus, quod  
cum illorum olim civium Coloniensium à  
Nobis propter sua facinora, in nostram &  
reip. injuriam perpetrata, sententialiter pro-  
scriptorum domus, aut mansiones seu areæ  
à Nobis in signum condemnationis, ut as-  
solet, consignata, & postmodum nullo sal-  
vatae juris auxilio, nec erepta in nostra*

*con-*



consistere potestate, utpote Henrici dicti  
 Rufi de S. Pantaleone, Joannis de Nide-  
 rich, Joannis de Lindtgassen, Friderici  
 Schachten, Henrici Hartfaust, Gerhardi  
 Byrtelm, Hildegeri Buckelem, Godfridi  
 Hartfaust, Gotscalci filii Waldaveri, Gots-  
 calci de Wipperfürde, Gotschalci Kleinge-  
 danck, Henrici Kleingedanck, Theodori Sa-  
 pientis, Henrici de Mullengassen, Godefridi  
 Kleingedanck, Theodori Gryn, Weneri Un-  
 ckelen, Brunonis dicti Coven, & Herman-  
 ni fratris sui, Gerhardi de Lindtgassen,  
 item Hermannii de novo foro, Simonis fra-  
 tris sui, Theodorici Ratzen, Brunonis de  
 Rosse, Alexandri fratris sui, Alexandri di-  
 cti Judei, Constantini filii Walcelini, Da-  
 nielis dicti Judei, seu aliorum &c. item  
 cum in nostra consistere potestate domus,  
 mansiones, seu areæ profugorum & in fu-  
 ga ipsa captorum, Gotschalci videlicet Vet-  
 schalden, Henrici dicti de Hame, Gerhar-  
 di



*di dicti Buckelem seu aliquorum aliorum.*  
*Item cum domus seu mansiones Hermannii*  
*dicti Comitis, qui nec profugus, nec pro-*  
*scriptus, in persona, & rerum suarum con-*  
*demnationem, quam elegerat, incidit, con-*  
*tra suæ pactionis articulum veniendo, &*  
*sui insuper generi Matthia dicti Oberstoltz,*  
*qui & profugus, & initæ pactionis exitit*  
*violator, mansiones, area, sive domus tam*  
*unius quidem, quàm alterius in nostra con-*  
*sisterent potestate. Item, cum fuerint qui-*  
*dam, qui armis accincti cum solennitate*  
*hostilium vexillorum de suis in palam exi-*  
*erant domibus ad nostrum & reip. detri-*  
*mentum, & horum quosdam, qui nostræ*  
*se reddidère, simpliciter potestati, in nostræ*  
*captivitatis vincula miserimus compedi-*  
*tos, hujusmodi captivorum domibus, cum*  
*bis puniri non debeant, in id ipsum à foro*  
*hujusmodi abdicationis exclusis, Gerharde*  
*verò de Gluwele in Comitiva predictorum*  
simi-



similiter vexillorum egresso de domo sua  
hostiliter, ac regresso, quantum ad suam  
domum seu aream, à prædictæ abdicationis  
sententia non excluso, qui licet in vincula  
captivitatis non venerit, nostræ se tamen  
subdidit potestati propter sui reatûs eviden-  
tiam, seu excessûs, horum omnium prædi-  
ctorum offensis, reatibus sive culpis sic ri-  
matis, ut fieri oportuit, differenter, cum  
eorum domus, mansiones, aut areæ in no-  
stra consisterent potestate, ita quod nobis  
eas vastare, seu diruere funditus salvum  
esse, & liberum censeretur, prout juris ad  
hoc necessitas nos arctaret, nos talem va-  
stationem magnæ deformitatis & desolatio-  
nis materiam nostræ pensantes inducere ci-  
vitati, ab ea supersedere de communi no-  
strorum Priorum, nec non iudicum, scabi-  
norum, consulum, fraternitatum & univer-  
sorum civium Coloniensium consilio, ac pro-  
vida deliberatione decrevimus, intentione  
uti-



utique & contemplatione profectus, & com-  
 modi amplioris, ita videlicet, quod prefatis  
 domibus, arcibus, seu mansionibus manenti-  
 bus indestructis & salvis, quidquid in per-  
 petuum utilitatis, seu emolumentum exinde  
 provenerit, seu poterit provenire, nobis &  
 successoribus nostris in perpetuum, nec non  
 civitatis usibus aequè cedat. Ita quod illi-  
 us utilitatis seu emolumentum cujuscunque  
 medietas nostra & successorum nostrorum  
 & alia medietas sit ipsius in perpetuum ci-  
 vitatis.

SECURIS N. LXXXI.

§. LXXVII. Perstringimus sententi-  
 am Conradinam. Non est facinus pro  
 libertate Urbis patriæ stare, exotico epī-  
 copali imperio profano resistere, manda-  
 tum compromittendi refutare, non reci-  
 pere, non compromittere in Urbis impe-  
 rialis interitum. Facta, non facta, reip-  
 nostræ salutem provocantia, non injuriosa  
 episcopo, nulla potestate profana in Urbem  
 pol-



pollenti, non injuriosa reip. neque civium  
 proscriptionem, neque bonorum confisca-  
 tionem promerentia. In radice, ob defe-  
 ctum imperii episcopalis profani, irrita est  
 proscriptio, irrita domuum, mansionum, seu  
 arearum consignatio, confiscatio. Proscri-  
 ptio, consignatio, in substantia nulla intra  
 triennii curriculum (factâ ab A. MCCLVII.  
 anno tempestatis ortæ ad Annum MCCLX.  
 usque adeò supputatione) non exi-  
 gebant juris auxilium. Richardum Re-  
 gem-Imperatorem negotia Angliæ hac epo-  
 cha ex Imperio evocaverant. Conradus,  
 rege absente, ad clavum sedebat. Magi-  
 stri civium, scabini, consules, erant deje-  
 cti, erant textores, erat fæx plebis episco-  
 po conjurata, Quis auxilium juris quæsi-  
 visset, coram quo fuisset quæsitum? Hoc  
 saltem habemus: Richardum Regem-Im-  
 peratorem A. MCCLXIX. Urbi promississe  
 fidelem contra Engelbertum II. episcopum  
 assistentiam. §. XLVII. *supra*. Fatemur  
 cives fugisse, dicimus fugisse metu carce-  
 rum episcopaliū, metu crudelium com-  
 pedum scabinalium. Num his in circum-  
 stantiis fuga proscriptionem, confiscationem  
 promerita dici poterat? Hermannus Comes

K

nec



nec proscriptus, nec profugus, neque ob proscriptionem, neque fugam in personæ, in rerum suarum, condemnationem incidit. Eligit ex metu injustè incusso condemnationem, eligit ad ficti à Conrado mandati receptionem declinandam, ad declinandum consensum in compromissum, in arbitrium, Urbi abjudicandi immediate-  
tatem, Cæsari & Imperio juratam. Hæc est violatio illius pactionis Hermanno imputata. Matthias Overstoltz, Hermanni gener, item juramenti civici memor, conservandi Urbi potestatem summâ minorem, compromissum refutat, violatæ pactionis reus injuriâ arguitur, rerum suarum jacturam patitur, Juramentum Urbi dictum servare facinus non est confiscatione dignum. Sic prodire in publicum armis accinctos, cum solennitate hostilium vexillorum, ad libertatem Urbis tutandam, ad reprimendam plebis concitatae violentiam, nihil habet, quod poenale sit, nihil ad compediendos in vincula per episcopum imperio carentem. Per hæc nulla domus, nulla mansio, nulla area in Conradi legali potestate, nulla confiscationi, nulla devastationi obnoxia, nulla est proventuum  
inter



inter episcopum & Urbem communicatio. Frustra provocat sententia ad consilium iudicum, scabinorum, consulum, aut ejectorum, proscriptorum, exulum, aut à Conrado intrusorum, frustra ad fraternitatum cum textoribus conjuratarum, & universorum civium, multis extra errantibus.

§. LXXVIII. Conradus confiscationibus domuum, mansionum seu arearum, cupidine habendi, aviditate cives diglutienti, nondum saturatus, eodem A. MCCLX. XVI. Kalend. Januarii (XVII. Xbris) confiscat quoque molendina Rhenana, unâ medietate sibi & successoribus addictâ, alterâ civitati. Religiosa Urbs alteram dimidiam, quâ rem alienam, non attrectat, legitimis hæredibus relictam, episcopatu alteram in hunc usque diem injuriâ usurpante.

*CONRADUS . . . Coloniensis ecclesie Archiepiscopus . . . . . Caterum, quia, sicut certum est omnibus, memorati proscripsi, ac alii à nostra & civitatis exclusi gratia, quos eorum complices in malitia & facinore reputamus, nobis ac ipsi civitati*



occasio damni inestimabilis extiterunt, & damnum hujusmodi recuperare aliàs, præterquam in bonis ipsorum adhuc extantibus, cujusmodi sunt molendina, præcipue in flumine Rheni sita, ullatenus non possemus, molendina ipsa cum omni eorum utilitate, & emolumento, quod inde in perpetuum poterit provenire, nostris & nostrorum successorum & civitatis usibus applicanda decrevimus perpetuò & habenda, ità quod dicti emolumenti nobis & successoribus nostris una cedat medietas, & alia civitati, & siquid super hujusmodi molendinis habendis, seu super emolumento ipsorum ullo unquam tempore questionis moveri contigerit canonica vel civilis, aut aliàs contra nos, vel nostram civitatem quocunque injuriæ modo seu violentiæ fuerit attentatum, nos & nostri successores, unà cum civitate defensiones contra id æquales facere tenebimur hinc inde. Ad hæc inter nos & ipsos cives tam

de



de prefatis domibus, areis, seu mansionibus, quàm & molendinis unanimiter est condictum, quod nec nos sinè ipsis, nec ipsi sinè nobis, aliquid circa ipsa ordinare quocunque alienandi modo, nec etiam alicui hominum, præterquam civibus Coloniensibus in pensione, vel pacto tenenda locare, vel concedere debeamus. Imò & præcisè ista tam domorum quàm molendinorum emolumenta, quomodocunque parva vel magna fuerint, nulli penitus hominum prævendantur, vel in pensione ad aliquot annos ullatenus præconcedantur, sed semper penès nos & ipsam civitatem permaneat eorundem perceptio, sinè prævenditione, & præconcessione ullius pensionis aut pacti, cum inde sit sæpius orta mali occasio nostræ & civitatis paci noxia, seu quieti. Et quod de anno in annum duo viri statuentur idonei, fide digni, qui utriusque emolumentum, tam de molendinis, quàm de domibus, areis seu mansionibus,



*unus ex parte nostra, & alius ex civitatis parte sint fideles, & providi collectores, & à quibus reddatur ratio & computatio annuatim. Et hæc unionis stabilitas inter nos & ipsam civitatem consistet, salvis privilegiis, libertatibus, bonis consuetudinibus, tam nostris, & ecclesiæ nostræ, quàm & ipsius civitatis. SECURIS N. LXXXI.*

Carta folius Conradi partus est, utpote tantum loquentis, nullam civium factam mentionem, dolose tanquam unio obtrusa. Solum Conradus molendina in duas dimidias partitur, & emolumenta. Damnum inestimabile ecclesiæ, civitati, illatum proscriptis affingitur, Nullus civium in cartam consensit. Non consenserint utique proscripti, non consenserint iudices officiis moti, neque scabini, consules, in carceres abstracti, neque alii ex Urbe elapsi. Damus per momentum textores, à Conrado concitatos, cum plebe adhærente, consensisse, non consensit Civitas, ex his solis non coalescens. Sigillum cartæ appressum cartam non salvat. Sigillum ex oraculo

En-



Engelberti II. episcopi erat furtivum. Carta ipsamet salvat Urbis libertates, libertatem ab imperio episcopali profano, à confiscatione prædiorum, à molendinorum.

§. LXXIX. Carta Conradi de XVI. Kalend. Januarii (XVII. Xbris) ex A. MCCLX. non erat inter episcopum & Urbem unio, non erat Carta de XVII. Kalend. Maji (XV. Aprilis) ex eodem Anno MCCLX. Datus Cartam.

*Nos Conradus . . . . Coloniensis ecclesie Archiepiscopus . . . . nec non iudices, scabini, consilium, fraternitates, & universi cives Colonienses notum facimus, quod, cum de illis olim civibus Coloniensibus, qui à Nobis Archiepiscopo sententialiter sunt proscripti, certum nobis, nec non civitati fuerit & sit periculi, & dispendii argumentum, nos pro cavendo hujusmodi periculo, atque dispendio in futurum ita invicem convenimus, & duximus unanimiter concordandum, quod præfati proscripti nullo unquam*

K 4

sem.



tempore permittantur in ipsam redire civitatem, nisi de nostro hinc inde consilio, & consensu, nec nos cives sinè domino nostro Archiepiscopo, neque nos Archiepiscopus sinè nostris civibus reditum illis proscriptis poterimus, nec debemus indulgere. Caterum inter nos cives taliter existit concordatum, quod si aliquis vel aliqui Magnatum terræ vel alii moverint bellum ipsi domino nostro Archiepiscopo, vel econverso dominus noster, ipsis hujusmodi adversariis suis nec victualia, nec arma, aut alia auxilia belli tempore impendemus, sed eidem domino nostro pro sua pecunia victualia, sive alia necessaria extra civitatem ducere per suos homines permittemus.

### SECURIS N. LXXXII.

Recolimus contra Cartam nostra argumenta. Judices, scabini, consules ex officiis ejecti, carceribus mancipati cartam ratam non habuerunt, non habuerunt ci-  
ves



ves proscripti, exules. Judices, scabini, consules, de quibus carta, erant à Conrado intrusi textores, fraternitates conjuratae. Quî universi cives in cartam consensisse dici possunt, proscriptis, profugis, exulibus, non consentientibus, non consentiente Hermanno Comite nec profugo, nec proscripto, in condemnationem personæ & rerum lapsi? Si Carta sit inter episcopum & Urbem unio, foedus, Conradus usurpabat profanum in Urbem imperium, in cives, non subditos, summam potestatem in temporalibus.

§. XXC. Unum est, quod Conrado debet Civitas, testimoniales nempe ex A. MCCLIX. de jure stapulæ Ubio-Agrippinensis, per antiquam observantiam introductæ.

*Conradus . . . . . Coloniensis ecclesie Archiepiscopus . . . . . Cum virga regiminis pastoralis temporalis potentie robur, & gladium ratione ducatum nostra ecclesie geminorum noscitur obtinere . . . . .*

*Sanè cum in litera arbitrii inter nos & ec-*



clesiam nostram ex una parte nec non . . .  
 iudices, scabinos & universos cives Colo-  
 nienses ex altera . . . . . contineatur ex-  
 pressè, quod foranei mercatores Coloniam  
 venientes aut ipsam mercandi animo frequen-  
 tantes non sint permittendi transire termi-  
 nos antiquitus constitutos, sed hoc secundum  
 consuetudinem antiquam tam ex parte nostra  
 quam civium Coloniensium inviolabiliter con-  
 servari deberent, quia tunc Colonia juxta  
 sui resonantiam nominis aptè colitur per fre-  
 quentationem quorumlibet mercatorum, dum  
 singularum mercatores ac homines nationum  
 statutam antiquitus legem ipsi observant &  
 exhibent civitati, ipsaque civitas versâ vice  
 advenientibus undecunque mercatoribus sua  
 jura, ac leges ab antiquo exhibet cum  
 mansuetudine & observat. Nos ad requi-  
 sitionem & instantiam . . . . . nostrorum ci-  
 vium Coloniensium diligenti investigatione  
 præmissâ, prout à senioribus & pru-  
 denti-



dentibus ac fide dignis viris sumus per in-  
quisitionem edocti, antiquos terminos, unà  
cum quibusdam aliis articulis ad publicam  
utilitatem spectantibus, in subscriptum mo-  
dum duximus exprimendos, videlicet quod  
nullus mercatorum de Ungaria, Bohemia,  
Polonia, Bavaria, Suevia, Saxonia, Thu-  
ringia, Hassia, & quibuscunque aliis par-  
tibus orientalibus, cum mercibus quibusti-  
bet ad Rhenum veniens, extra atque ultra  
civitatem Colon. exceptâ sola causâ peregri-  
nationis, procedet. Neque etiam ullus Fla-  
mingus, vel Brabantinus, aut alius qui-  
cunque de ultra Mosam vel aliarum parti-  
um inferiorum, secundum consuetudinem  
antiquam & de jure servandam causâ mer-  
candi ulterius quàm in Colonium & non  
trans Rhenum, neque versus partes superi-  
ores ultra villam nomine Rodenkirchen pro-  
cedet. Et similiter nullus mercatorum de  
superioribus partibus extra Diœcesin Colon.

exi.



*existens ultra inferiorem turrim civitatis  
 Coloniensis, vel saltem ultra villam nomine  
 Ryle, causa mercandi descendendo procedet.  
 Quicumque autem talium mercatorum secus,  
 seu in contrarium facere, vel fecisse ab ali-  
 quo cive Coloniensi fuerit deprehensus, ab  
 ipso cive impunè & licitè arrestari & pu-  
 niri poterit more antiquo, secundum quod  
 vulgo Hansen vocatur, quod taliter fieri  
 consuevit, quod civis Coloniensis mercato-  
 rem in tali excessu à se deprehensum, ca-  
 lamo vel junco, vel aliquo consimili liga-  
 mento ligabit, & si mercator ille hoc vin-  
 culum præter ipsius civis voluntatem solvere  
 vel rumpere præsumpserit, pro tali excessu  
 tam corpore quàm rebus in potestatem inci-  
 dit ipsum comprehendentis & prædicto modo  
 ligantis . . . . Datum & actum . . . Anno  
 Domini 1259. SECURIS N. LXXX.*

Hæ Conradinæ testimoniales osten-  
 dunt: Stapulam Ubio - Agrippinensem ex  
 anti-



antiqua consuetudine, antiqua lege, dimanare, esse per seniorum, prudentum, fide dignorum effata, homologatam. Stapula non est à Conrado episcopo, neque ulli antecessorum Urbi concessa. Conradus temporalis potentiae robur, cantante carta, & gladium ratione ducatum geminorum ecclesiae noscitur obtinere, Colonia ad neutrum ducatum pertinente. Frustra provocat Conradus ad literam arbitrii ex Anno MDDLIX. nihil de stapula loquentis, solam facultatem Ubio-Agrippinensem arrestandi subditos episcopales ex lege communi approbantis.

§. XXCI. Conradus in Carta definit alios articulos ad Urbem pertinentes. *Nullus mercator advena, undecunque adveniens, debet diutiùs quàm sex septimanis continuis in civitate Coloniensi causâ emendi, seu vendendi morari. Et hoc in quolibet anno non plus quàm tribus temporibus cum usitatis interstitiis facere unicuique mercatorum licebit. Et nullus mercatorum id, quod sibi circa hoc personaliter agere*



agere non licet, per socium vel nuncium suum . . . . . facere debet. . . . . Siquis verò mercator quidquam in contrarium attentaverit, secundum jus civitatis poterit pœna debita puniri. Item nullus mercatorum advenientium . . . : pannum Transmosanum, duas marcas, vel plus valentem in civitate Coloniensi vendet, nisi per marcâ mercatorum, quæ marca solùm continet undecim solidos, & tres denarios Colon. moneta. Et faciens contrarium puniri potest secundum jus civitatis pœnâ consuetâ. Item nullus mercator advena aliquas species aromaticas . . . . . in civitate Colon. præterquam ad minus in pondere simul decem librarum vendet, aut vendere debet. Item nec merces . . . . thus, alumen & consimilia cum pondere centenario, & ad minus cum pondere simul viginti quinque talentorum aut supra vendere debet. Et quicumque circa hoc excesserit . . . secundum



dum civitatis consuetudinem punietur. Item quicumque civis pro mercibus suis argentum acceperit, illud non aliàs quàm ad monetam nostram Coloniensem cambire, seu pro denariis vendere debet. Nec aliquod argentum cum denariis emere debet, nisi secundum quod de gratia permissum est, scilicet ad vasa, ac utensilia . . . . . exceptis aurifabris Colon. qui argentum emere possunt licitè, quantum eorum officio sufficit . . . . . Quod si aurifaber secus vel contra hoc fecisse deprehensus fuerit, hoc forefactum ex parte nostra per magistrum monetæ nostræ Coloniensis penâ solitâ punietur, & insuper in civitate sua jure consueto ipsi pœna debita infligetur . . . . . Statuimus . . . . . ac per sententiam communimus, ne quis civium Coloniensium ab aliquo terræ nostræ Magnate . . . . . pecuniarum beneficium . . . . . recipiat, aut tenebit . . . . . Nullus scabinus Coloniensis debet

bet



bet esse monetarius, sive campfor, aut habere sibi licebit officium vel feudum, quod *haußgenosschaft* vulgariter appellatur. Si quis verò compertus fuerit . . . . violasse statuta, si scabinus, vel frater scabinorum, seu officialis de *richerzegheide* vel etiam officialis parochiarum fuerit, sinè spe recuperationis ab officio suo, quod tenet, cadet. Nec . . . . ad consilium civitatis ullo modo resurget. Similiter civis inferioris ordinis privabitur fraternitate . . . . & à civitate infra annum non reversurus ejicietur . . . . . Actum & datum . . . . .  
Anno Domini 1259.

*SECURIS N. LXXX.*

§. XXCII. Articuli manifestantes Urbis potestatem summâ minorem, manifestantes imperium, potestatem legum ferendarum, manifestantes potestatis Conradi-næ profanæ indebitæ usurpationem. Concilium Ubio-Agrippinense ab incunabulis summa potestate gloriosum, ab epocha  
Otto-



Ottonis I. Regis - Imperatoris summa minori, summo minori imperio gratiosum. Unde Urbs imperat exterorum commerciis, permittendo, negando, limitando, modificando. Mercatoribus exteris indulget moram vendendi, emendi, per sex septimanas, indulget per annum tribus temporibus. Mercimonia extraneis vetat agenda sive per se, sive per socios, per nuncios. Poenâ in contravenientes secundum leges Urbis infligendi. Ecce imperium summo minus, ecce potestatem Urbis legislatoriam. Præfinit mercibus vendendis pretium, panno Transmosano marcam mercatoriam, continentem solum undecim solidos & tres denarios Colonienses. Facientem, contra iterum contra legis Urbis, multando. Ecce legem Urbis, nullam episcopalem in profanis. Dat legem advenis de speciebus aromaticis non minori quam decem librarum, de thure, & alumine viginti quinque talentorum pondere vendendis. Excedentes secundum Urbis consuetudinem multando. Ecce Urbis consuetudinem usque adeo provocatam. Usurpatum est Conradi præceptum, argentum, à civibus pro mercibus acceptum, ad mone-

L

tari-



tariam episcopalem, in Urbe irreperibilem deferendi. Usurpata est gratia, civibus concessa, argentum emendi ad vasa, ad utensilia, fabricanda. Excipiuntur à Conrado gratis aurifabri. Usurpata est puni- tio aurifabrorum, magistro monetæ episco- palis asserta. Episcopo nullam monetam in Urbe (duobus casibus exceptis) nullam monetariam, nullum magistrum monetæ in Urbe habente. Emptionem argenti in Urbe mercatoribus extraneis ab episcopo vetari, vetari civibus acceptionem feudi pecuniarii usurpationes sunt, sunt, scabinos ab officiis monetariorum, campforum, ab officiis rei monetalis, ab episcopo repelli, à concilio moveri sinè spe recuperationis, cives fraternitatibus privari è civitate ejici, nunquam restituendos. Urbs est, quæ im- perium habet in scabinos, in monetarios, in fraternitates, in cives, habet, episcopo imperio profano, imperio ducali, in Ur- bem usurpante.

§. XXCIII. Ad epilogum historiæ pro- peramus. Cives duobus annis incarcerati supplicant episcopo Conrado pro libertatio- ne, neganti, & morienti.

Ge



Gevangen bleven sy zwen jair  
 Dat was in pynlich ind swair,  
 zweirlich zerde men up sy,  
 ind plaich ir ovel alda by,  
 also scheir sy den Busschoff sagen,  
 sy begonden eme jemerlichen clagen,  
 als balde der Busschoffen wech quam,  
 die ir plaich, wart zornich ind gram,  
 ind laichte sy van groisme zorne  
 in dat underste van me turne  
 Durch dat baden sy Got den hoisten,  
 die ewelich is, dat hie sy moiste troisten  
 zo richte quam ein bode zo Are,  
 ind sprach, dat der Busschoff seich ware,  
 ind dat hie zo sent Bereoin lage,  
 myt dem proiffst syne mage,  
 ir vrunt sy des manen deden,  
 dat sy umb Got den Busschoff beden,  
 iren reichten liuen heren,  
 want sy vur Gode unschuldich weren,

L 2

weder



weder in alle ire missedait  
 up dat synre selen rait,  
 dat hie it Gode dede zo eren,  
 ind gnade zo in wolde keren,  
 do men dem Busschhoff dis gewoich,  
 hie antwerde, it were ungevoich,  
 dat sy in Coelne weder quemen,  
 ind den ire scheffendorn benemen,  
 die ich zo scheffen hain gesat,  
 ich gelonve uch sicher dat,  
 als lange als ich leven,  
 dat ich sy der stat neit wedergeve,  
 sus laich hie neder, ind starff.

*CHRONICON fol. CCVII. pag. II.*

GLOSSÆ: zweirlich beschwerlich. seich  
 frank. gewoich sagte. ungevoich  
 inconveniens.

§. XXCIV. Tempestatas Ubio-Agrip-  
 pinensis Conrado Comite Hochstattano epi-  
 scopo sedente. Tempestatas præambulæ  
 sunt Conradi amicitia, ante medium sæcu-  
 lum



lum sæpiùs contestatæ. Fridericus II. Imp. dicitur Conrado episcopo concessisse denarios cerevisiales in Urbe integraliter recipiendos. Anno MCCXXXVIII. Conradus renunciat medietati. A. MCCXXXIX. irritas declarando literas Cæsareas agnoscit suum non jus in denarios. A. MCCXXXIX. testis est privilegii de non evocando Urbi debiti. Suppetiæ armatæ ex mera liberalitate, nulla ex obligatione episcopo ab Urbe præstitæ, contestante Conrado in Anno MCCXXXIX. Anno MCCXL. Conradus extollit consilium sibi in electione episcopali ab Urbe exhibitum. A MCCXLVIII. testis est immunitatis Urbicæ à telonio Nuffiensi, cum sponsione tutandi omnia Urbis jura, libertates, & bonas consuetudines, testis A. MCCXLIX. electionis scabinalis ab antiquo quæsitæ. Tempestatis Conradinæ primordium ex devaluatione denariorum episcopaliū, monetariis accurantibus à Concilio decretæ, exortum, exortum ob negatam in Urbe dativitatem. Conradus Andernaci instruit naves bellicas, descendit Tuitium, tentat naves in portu Ubio-Agrippinensi hærentes, comburere. Pacem pangit cum Urbe. Familiares, patris quasi ignari capiunt ad superiorem Rhe-



num Hermannum Rufum. Bruno à Cusino conductu episcopali fretus Bonnam proficiscitur, apprehenditur & incarceratur. Conradus Urbem armatâ manu aggreditur, vias obsidet, victualia intercipit. Ubio-Agrippinenses exercitum episcopalem adoriuntur, profligant, campo & victoriâ potiuntur. Matthias Overstoltz, Daniel Judæus, Petrus à Leopardo, & Simon Roisgen hostes persequuntur, capiuntur. Pax fit episcopo sex millia marcarum sibi stipulante. Episcopus quærit illimitatum monetæ in Urbe cudendæ exercitium, concilio negante, initur compromissum, laudo monetam novam episcopi ad duos casus limitante. Negatâ numo XL. in Urbe dativitate, Conradus Coloniam obsidione cingit, pacem icit, sex millia marcarum ærario suo infert, cives ditissimos contra Concilium concitat, textores & plebem conciendo homagiales facit. Resuscitat quæstionem de denariis cerevisialibus. A. MCCLVII. cudit mandatum Judicum, scabinorum & universorum civium Colon. compromittendi in compromissarios. De sigilli appressi fidelitate ex non vana præsumptione dubitamus. Hoc scimus, nullum mandatario-  
rum



rum mandatum recepisse, nullum compromis-  
 sisse, scimus nullum iudicum, nullum sca-  
 binorum, nullum civium, si textores, &  
 plebis facem fortè exceperimus. Liberta-  
 tem à compromisso evincit Richardus An-  
 glus Rex-Imperator, libertatem ab episco-  
 dali profano imperio summo minori, summa  
 minori potestate, evincit libertatem ab evo-  
 catione criminali, Rupertus rex etiam à civili.  
 Richardi diploma non emanavit tempore ali-  
 cujus interregni, utpote fabulosi. Libertas  
 monetandi penès Urbem est, est potestas  
 monetarios deputandi, à Conrado injuriâ of-  
 ficiis motos. Conradus è sedibus pellit sca-  
 binos per sententiam, ob incompetentiam  
 imperii vanam & nullam, gratis ad inane  
 laudum provocantem, per sententiam A.  
 MCCLVIII (non IX,) latam. Laudi articuli  
 dantur per jus commune legales, dantur  
 illegales, libertatibus, & observantiis con-  
 trarii, ob potestatis Conradinæ defectum Ur-  
 bem non ligantes. Nullum est episcopale  
 profanum imperium, nullus effectus, ante  
 Conradum à nullo episcopo vindicatus, à nullo  
 pòst. Laudi articulos reliquos confutat ob-  
 servantia, confutant Urbis facta.

§. XXCV. Conradus scabinos intrudit  
 novos, textores, piscatores, braxatores, pisto-  
 res,



res, fidem faciente sententiâ, Brunoni Crantz, scabinatu non moto, electione conscabinorum nullo colore negatâ, negato Urbi primævi statûs usu. Processus Conradinus cædes, rapinas, bellum, incendia & exilia in Urbem invehit. In ecclesia ad albas dominas fit homicidium. Domus Brunonis Hardevuyft incenditur, diripitur. Scabini officiis defunt. Episcopus innocentes cum fontibus multâ DC. marcarum punit. Querela contra quatuor scabinos novos. Pendente consultatione de ferenda sententia Hermannus Piscator concitat plebem, ad partes episcopi desciscentem. Episcopus dilabatur ad mendacia dolos & carceres. Scabini cudunt compedes equinas. Conradus cives fugitivos proscribit, & areas confiscat, confiscat molendina Rhenana. Carta solius Conradi partus est. Testimoniales de stapula sunt Conradi beneficium. Articuli cartæ reliqui manifestant Urbis potestatem & imperium. Conradus negat incarcerationis liberationem, & moritur.

SUMMA: Conradus Comes Hochstættanus Coloniensium, Ubio-Agrippinensium episcopus, imperii profani in Urbe, potestatis summa minoris manifestus usurpator.













H. Rhein. inf 464



